



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

Continuatio || Consiliorum || Sapientiæ, || Sive || Axiomatum || Salomonis -  
Maxime Necessariorum Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; Cum  
Reflexionibus Sup hac Axiomata

**Cureau De Lachambre, Pierre**


**Coloniæ Agrippinæ, 1694**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-37901**




Th. 2837

f. III  
38.









CONTINUATIO  
CONSILIORUM  
SAPIENTIÆ,

*SIVE*

AXIOMATUM  
SALOMONIS,

MAXIME NECESSARIORUM  
Homini, ut se ipsum sapienter di-  
rigat,

CUM REFLEXIONIBUS SUPER  
*hac Axiomata.*




COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Sumptibus Hæredum JOANNIS WIEDEN-  
FELDT, & GODEFRIDI de BERGES,  
Anno 1694.

---

*Permissis Superiorum.*





D  
E  
brun  
na i  
Tuf  
per i  
nis M  
ben  
ben

DEO TRINO ET  
VNI.

**E** Adem, quâ priorem bonâ intentione etiam hunc alterum Librum Consiliorum Sapientia ex aliena in Latinam transposui linguam. In fave Christiane Lector, & ora ut per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & sanctorum Electorum benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Amen.

|| 2

PRÆ-



P R Æ F A T I O .

**D**Um mihi gratiam qua-  
dam vice fecisses loquendi  
quibusdam anxietatibus, quae  
lectura aliquorum notatorum supra  
scurfus veræ devotionis in tuo corde  
sârunt, & quas curæ iisdem remedia  
tibi auxerunt, Dixi tibi desuper aliqua  
verba, quorum reminiscor, eâ spe, quod  
non in malam mihi partem vertes, ut  
ibi eadem in memoriam revocem.

Illam meam dicta verba, Theotime, fo-  
rant, quod maxima felicitas hominis  
hac vita mortali consistat in vivo deo  
pienter, & progrediendo coram Deo  
viis Justitiæ & Sanctitatis: quod nihil  
minus verum sit plures devotas personas  
non sentire hanc veram felicitatem, &  
formare sibi in sua imaginatione certas  
inquietudines, quæ tam graves sunt, ut  
sicut aliæ curæ nostræ miserabilis natura

*P R A E F A T I O.*

condemnata ad sufferendum & moriendum. Attamen adunxi pro tua consolatione, quod hoc infortunium sit commune majori parti illarum personarum, quas felices vocamus.

Nosco, tibi dixi, homines, qui habent sanitatem, divitias, reputationem, magnam aestimationem, & omnia quae ex favoribus caeli desiderare possunt; nihil ipsi deest, quam quod vel maximè desiderabile & necessarium est pro homine felici, nempe pax & quies interna.

Videtur quod idem de abundantia illorum bonorum dici possit, quod de pinguedine alicujus terrae, ex qua tam benequam ex terra ingrata & sterili tempestuosa exurgunt exhalationes. In optimis suis diebus, in medio prosperitatum & gaudiorum elevantur inopinatè in talium hominum mentibus quaedam nubes, vel aliqua Melancholia & obscuritates mali humoris, de quibus loquuntur, tanquam de rebus insupportabilioribus, quam sit ipsa Paupertas & infirmitates. Nihil ipsis placet, ipsimet sibi displicent, & malè contenti sunt de sua propria persona, plusquam de omni alia re, quamvis dice-

**P R Æ F A T I O .**

re nequeant , quid ipsos offendat , nec  
Medici illud divinare valeant.

Interrogasti me , quid hac de re senti-  
rem: libenter respondi , & dixi , quod vi-  
deat ut mihi esse aliqua lassitudo , semper  
esse contentum & felicem , quòd nempe  
ipsa felicitas tam bene displiceat , quam  
huius status vitæ humanæ; quòd fatum homi-  
nis sit , ut dum alii inimici ipsi desunt , se  
ipsem se tormentet , & dum se ipsum  
tormentis afficit , id crudelius faciat,  
quam quiscunque alius.

Recordor etiam quod tibi dixerim, eo  
tempore dum bonus status nostræ do-  
mus , & tranquillitas nostræ vitæ nobis  
dant licentiam domi nostræ manendi , &  
ad cor nostrum redeundi , ibidem inve-  
niamus mirabilia negotia & disordines  
cognitos iis , qui non habent tempus  
pud se permanendi ; Et quod sit necessitas  
pro nostra quiete , ut vel Deus sit in no-  
bis nobiscum , vel ut simus alibi , & qua-  
ramus ab extra media per quæ disjunge-  
mur ab hoc inimico domestico.

Explicatio hujus dicti : *Quod necessitas  
sit pro nostra quiete & felicitate , ut Deus*

PRÆFATIO.

fit in nobis nobiscum : fuit tum temporis  
noster discursus & conversatio ; Meæ o-  
piniones & judicia , quæ desuper tecum  
communicavi , fuerunt mea intentio fi-  
niendi id , quod incepti in *Libro Consilio-  
rum Sapientia* , & tibi hunc secundum  
mittendi Librum.

Rarum est , Theotime , invenire  
homines tam bene felices , quàm San-  
ctos in hoc orbe , qui animam perfectè  
habeant quietam , & tranquillam , & nul-  
lum internum sufferant angorem.

Mea intentio non est remedendi huic  
malo , sed ipsis proponendi consilia pro-  
venientia ex ipso cælo , quæ illos doce-  
bunt scientiam huic malo remedendi per  
suas proprias curas , & se ipsos conso-  
landi. Hæc sunt istæ Regulae extractæ ex  
libro Sapientia Salomonis , quas judicavi  
propriis pro illis personis , quæ quærunt  
medicam possidendi pacem ipsorum menti-  
bus , dum possident bona hujus vitæ præ-  
sentis.

**P R Æ F A T I O.**

In hoc toto libro videbis Theodorum  
quod mea intentio sit juncta intentio  
Angelorum: ut nempe Deus in æternum  
glorificetur in cælo, & homines bonæ  
voluntatis vivant in pace super ter-  
ram, nihilque turbet quietem  
illorum conscientiarum.



REFL



## REFLEXIO PRÆLIMINARIS

Complectitur posteriora Ver-  
ba Salomonis.

*Faciendi plures libros nullus est fi-  
nis: finem loquendi pariter om-  
nes audiamus.*

## PARAPHRASIS.

*Non cessant homines hocce in orbe scribere  
& loqui, omnes scribunt, & omnes  
loquuntur, quamvis, quod pessimum  
est, major pars hominum ignoret scri-  
bendi & loquendi finem, nec etiam sibi  
tantum laboris sumat, ut hujus scrip-  
tionis & locutionis causam indaget &  
perscruteretur.*

X S

REFLE



## R E F L E X I O .

**V**ERUM est quod scriptorum & impressorum librorum magna copia reperitur, quorum tamen nulla esset superfluitas, dummodo in bonitate & eruditione nihil illis desset. Quamvis etiam satis fuisset, si pro bono fidei, Religionis & boni publici, Providentiæ divinæ precuisset eo rem disponere, ut intra spatium unius sæculi tantum quinque aut sex, sed omni eruditione pleni prodirent libri, qui digni judicarentur, ut ad omnium populorum linguam transponerentur, & eorum manibus tererentur, quemadmodum antiquorum Authorum libri sicut Sol in Orbe, noti, non citius quam cum ipso mundo perirent. O Astra nunquam peritura, dicit Filius Sirach de Psalmis Davidis, Astra nunquam peritura, quæ idèò creata sunt, ut futura tempora illuminent, & ea cum miraculo suo lumine condecorent usque ad finem mundi: dicendo; ipse condecorat tempora, usque ad vitæ consummationem.

Mea intentio non est, conqueri de  
 multitudine tot librorum, qui vix coram  
 oculis hominum comparent, & quasi ho-  
 re unius spatii iterum oblivioni mandan-  
 tur, vel de illis libris, qui pro pœna potius  
 Regionis, vitia ipsorum Authorem no-  
 minari possunt. Vel denique de illis, qui  
 tanquam Leunculi Prophetæ Ezechielis  
 cum unguibus & dentibus in hunc mun-  
 dum veniunt, & immediatè incipiunt  
 homines mordere, eorum honori & fa-  
 ma detrahere, & de ipsorum sanguine  
 alimentum sumere. *Factus ut Leo, didi-  
 cit prada inhiare & homines devo-  
 rare.*

Loquor solummodo de illis in cœlo  
 benedictis libris, qui ab eorum do-  
 ctis & prudentibus Inventoribus de lumi-  
 ne Sancti Spiritus tracti sunt, in quo se-  
 quar Sanctum Chrysostomum, & bene-  
 volo Lectori tantum unam adjungam  
 Reflexionem, quæ ad initium hujus par-  
 ti operis meo judicio non incongrua, nec  
 inutilis erit.

Hic citatus Sanctus Chrysostomus di-  
 cit, quod tales libri sint vera societas, &

X 6 veri

veri focii hominum, dum in  
 vita degunt. Fidelis, secreta & ho-  
 rata societas, quæ semper cum  
 his moratur, non causando illis  
 molestiam aut inquietum animum,  
 absque omni querela secretum eor-  
 cordium pro desiderio scit reticere,  
 illos scit recreare cum omni discretio-  
 quæ ipsis; divinam aperit Veritatem,  
 sine blanditiis severitatem divini  
 ante oculos ponit; quæ denique  
 reticendo, commissos errores man-  
 stat, & scit sine omni furore & displice-  
 tia ad illorum notitiam producere om-  
 eorum debilitates, & imperfectio-  
 nes.

Ita ut de his miraculosis libris dici po-  
 fit, quod sint mirabilis & vera inve-  
 stio Spiritus Sancti nobis nostram pro-  
 priam personam ante oculos ponens  
 errores perversæ & deceptæ naturæ in-  
 bis corrigens.

Verum quidem est, quod hic  
 propriè deberet esse nostrorum bono-  
 rum Amicorum, qui nobis per  
 amicitiam juncti sunt, sed ubi

muntur tales Amici, qui vera nostrorum animarum vulnera nobis ostendere velint? quia hæc esset vera methodus nos magis irritandi. Ubi enim talis invenietur, qui manum applicare & per amabiles remonstraciones remedia dare velit, quia cuilibet notum est, quod exinde vulnera denuo recrudescant? Quid juvant omnes admonitiones, quamvis fiant cum omni prudentia, circumspeditione, secreto, respectu, & civilitate? nil aliud efficiunt, quàm parva in magna & sanguinea vulnera, minores in mortales infirmitates permutare? Nam cuilibet notum est, quod clamores in domibus & familiis, quod contentiones & scandalosæ inimicitia ortæ sint ex unica à vero Amico notificata veritate.

Hinc possum securè dicere, quod in talibus occasionibus libri sint nostri fideles & incomparabiles Amici, quorum obligatio & proprietates est, nobis nostros errores verè ante oculos ponendi; & quod mirum est, loco ejus ut irascamur, & conqueramur de libertate

tate horum Magistrorum morum  
 quibus nostra scelera tam bene in-  
 tuerunt, nos illos eò magis aesti-  
 mus, & admiramur, quò accuratius  
 melius in nobis nostra vitia detegunt,  
 cum omnibus circumstantiis clarissimè  
 aperiunt omnes inscrutabiles Deo  
 notas tenebras nostræ scelestæ Con-  
 scientiæ, & omne secretissimum  
 terribilissimum, quod committimus.

Aliud miraculum est, quod talis  
 libri, etsi coram omnium hominum  
 oculis aperiuntur, hanc dictam veritatem  
 tamen nemini aperiant, quàm Reus  
 & qui eam percipere debent; imò  
 clarè & cum tali circumspectione  
 proferunt, ut solummodo illi, qui  
 sunt Rei & tanguntur, intelligant  
 quod ipsos alloquantur, & de  
 sermones faciant, quamvis ipsi  
 propterea talium librorum ignorantes  
 de quo & de quibus illos scripserint,  
 aut pariter illis ignotum est, quod  
 similes libri non tangunt.

Peccatores legendo tales libros

fua conscientia valde tanguntur , et si  
nullam manum videant , quæ eos tan-  
gat , & nullum oculum qui ipsos aspi-  
ciat. Unico verbo , de nullo alio ,  
quàm se ipsis conqueri pos-  
sunt.

Inde non incongruè , & valdè benè ad  
similes spirituales libros quadrat sequens  
Lemma super speculo scriptorum : *Ne-  
mini parcit , neminem ladir.* In ve-  
ritate speculum demonstrat inspicienti-  
bus omnes eorum turpitudines , & ob-  
scenitates , quemadmodum libri in pec-  
catorum conscientis latentia peccata &  
scelera. In uno & altero videntur om-  
nia sine tegumento , sine pallio , &  
absque omni excusatione ; super uno  
& altero homines non irascuntur ,  
nec causam & ansam habent desuper dis-  
gustum sumendi. *Nemini parcit , ne-  
minem ladir.* Vera & genuina proprietas  
est alicujus excellentis & bene compositi  
libri , hoc est nullis peccatoribus par-  
cere , & nullos peccatores lādere aut  
offendere.

Fuit

Fuit enim mirabilis stultitia Nobilis  
 cuiusdam Junioris, qui dum aliquam ho-  
 nestam & præcellentem societatem ac-  
 cessisset, in qua, non tamen ex pro-  
 fesso & studio, liber quidam legebatur,  
 qui ejus immorigeram & scelestam vi-  
 tam plenariè describebat, ita irâ excen-  
 duit, ut librum è manibus alterius ce-  
 pere, & in mille frustra lacerare volu-  
 rit, & dum non potuisset, cum perma-  
 nente sua stulta indignatione abiverit. Se-  
 quenti verò die curavit aliquis ex præ-  
 dicta societate speculum, & ante hoc di-  
 conem depingere, qui ab ipso innocen-  
 tissimo vitro, in quo suum horribili-  
 mum caput conspiciebat, indignati-  
 bus & iracundia plenis oculis aufugeret,  
 cum hoc apposito Lemmate, quasi spe-  
 culum his paucis sequentibus verbis  
 rienti Draconi responderet; *Se, me  
 fugit.* Nam suum horribile ven-  
 & iracundia impletum caput illud ipsi  
 erat, quod ipsi iram causavit, & tunc  
 rem injecit.

Hoc certè verissimum & adæquatissimum

responsum est, quod illis ni fallor dari potest, quibus tales libri displicentiam causant, qui desuper irascuntur, tales libros injuriosis Verbis afficiunt; aut scabiosè de illis loquuntur.

Ad minimum si quis putaret aut opinionis esset, quod in hujus parvi libelli & operis conscriptis veritatibus tangatur aut descriptus inveniatur, videtur mihi, quod mea tota defensio in his tribus verbis contineatur: *Se, non me*: quod suam propriam conscientiam & non meum calamum accusare, *Se, non me*; Reum judicare debeat.

Tempus nunc est, benevole Lector, ut hanc Præliminarem Reflexionem finiam, & liberâ mente dicam, quod hoc mea debili manu conscriptum Opusculum nullas alias vires habeat, quam quæ inveniuntur in illis à Spiritu Sancto infusis verbis *divina sapientia*, & in se continent *Regulas magis necessarias* pro homine ad suam personam bene & prudenter regendam, tam circa bona  
 spiri-



( 0 )

spiritualia, quam temporalia, quae  
vera felicitas nostrae vitae componitur  
continetur; horum verò duorum  
horum poli describuntur & depinguntur  
textibus & sententiis Salomonis  
ratis in sequenti.



TABUL



# TABULA

*Textuum Salomonis,*

Ex quibus desumptæ sunt  
Regulæ, quæ in hoc Opus-  
culo continentur,

Regula præliminaris. *Faciendi  
plures libros nullus est finis; finem  
loquendi pariter omnes audia-  
mus.*

Regula I. *Optavi & datus est mihi  
sensus: invocavi & venit in me  
Spiritus sapientia. Venerunt au-  
tem mihi omnia bona pariter cum  
illa. Sap. 7.*

pag. I.

II. *Stultus*

T A B U L A

II. *Stultus illudet peccatum, & inter Iustos morabitur gratia. Pro*

14.

III. *Donec aspiret dies & inclinetur umbra, vadam ad montem myrrhae & ad collem thuris. Ca*

4.

IV. *Vadam ad collem thuris. Ca*

4.

V. *Generositatem illius gloriæ contubernium habens. Sap. 8.*

VI. *Fons vitæ eruditio possidentis. Prov. 16.*

VII. *Dabit illi scientiam sanctorum, honestavit illum in iudiciis. Sap. 10.*

VIII. *Mox dum tradidit disputantibus eorum, ut non inveniatur.*

TEXTUUM SALOMONIS.

homo opus, quod operatus est  
Deus ab initio usque ad finem.

Eccl. 3. p. 71

IX. Curam habe de bono nomine,  
hoc enim magis permanebis  
tibi, quàm mille thesauri pre-  
tiosi & magni. Eccl. 41.

pag. 79

X. Coacervavi mihi argentum &  
aurum, & substantias Regum,  
ac Provinciarum: Omnia quæ  
desideraverunt oculi mei, non  
negavi eis: & vidi in omni-  
bus vanitatem & afflictionem  
animi. Eccl. 2.

pag. 88

XI. Mendicitatem & divitias ne  
dederis mihi. Prov. 33.

pag. 96

XII. Magnificavi opera mea: adi-  
ficavi

T A B U L A

*ficavi mihi domos; super  
sus sum opibus omnes qui  
me fuerunt. Eccl. 2. pag. 12*

**XIII.** *Vidi servos in equis, & Pri  
cipes ambulantes super terram  
quasi servos. Eccl. 10. pag. 13*

**XIV.** *Vnusquisque in arte sua  
piens est. Eccl. 38. pag. 14*

**XV.** *Multi pacifici sint tibi, & Co  
siliarius sit tibi unus de milibus  
Eccl. 38. pag. 15*

**XVI.** *Facta sum coram eo quasi  
rem reprensens. Cant. 8. pag. 16*

**XVII.** *Mulierem fortem quis in  
veniet? procul & de ultimis  
finibus*

TEXTUUM SALOMONIS.

*finibus pretium ejus. Prov. 131*

pag. 144

XVIII. *Salus animæ melior est omni*

*auro & argento: & corpus va-*  
*lidum, quàm census immen-*  
*sus. Eccl. 30.*

pag. 155

XIX. *Utere, quasi homo frugi, his*

*que tibi apponuntur. Eccl. 31.*

pag. 60

XX. *Si dormieris non timebis: qui-*

*esces & suavis erit somnus*  
*tuus. Prov. 3.*

pag. 164

XXI. *Non habet amaritudinem*

*conversatio illius, nec tedium*  
*convictus illius. Sap. 8.*

pag. 177

XXII. *Proposui hanc adducere mihi*

*ad convivendum, sciens quo-*  
*niam*

T A B U L A

*miam mecum communicabo*

*bonis. Sap. 8.*

pag.

XXIII. *Erit allocutio cogitatio*

*mea & tecti mei. Sap. 8.*

XXIV. *Veni dilecte mi, egrediamur*

*in agrum, commoremur in*

*lis. Cant. 7.*

XXV. *Donum & pax est electio*

*ius. Sap. 3.*

pag.

F I N I S.

LIB

R

Optar

vo

Sap

om

Sa

Deus n

nar

tena

plac

posse

gnun

Ma

ad L

defic

grat

sola

mih

gam

felic

Sedi

Libe

413

## LIBER SECUNDUS.

## REGULA PRIMA.

Optavi, & datus est mihi sensus: invocavi, & venit in me Spiritus sapientia: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.  
Sap. 7.

## PARAPHRASIS.

Deus mihi dedit licentiam dum ad gubernationem accederem id ab ipso expectendi, quod cordi meo quam maxime placeret; ego autem credidi, nihil me posse melius eligere, quam id quod dignum est conferris de manus Domini. Major pars hominum, dum preces ad Deum fundunt, ab ipso omnia alia desiderant, praterquam sapientiam & gratiam eam possidendi. Hac tamen sola erat, quam ab illo expetii. Da mihi, dixi, Domine, quia vis ut regam, Da mihi, id quod tibi ipsi in tuo felicissimo Regimine necessarium est, Sedium tuarum Assiltricem sapientiam.

Liber II.

tiam.



### Consilia Sapientia.

tiam. Recordare Magne Deus, quod  
tua sapientia affuit, dum orbem  
rarum faceres, & novit unamquam  
que partem operum tuorum, ut  
coram oculis tuis complacentiam  
venirent. Hac eadem adhuc usque  
hodiernum diem tibi adstat in ejusdem  
orbis regimine, & est eadem que  
Providentia dirigit vias & regna  
suarum actionum. Mitte illam,  
mecum sit, & mecum laboret. Mitte  
te eam, ut me in laboribus meis illumina-  
ret, & non permitte, ut sedeam super  
throno sine ipsa & absque ipsius assisten-  
tia. Tu qui nunquam absque illa  
fisti, & qui nosti, quomodo absque  
presentia, hominis status sit pessimus.  
Invocavi, & venit in me Spiritus  
sapientia.

### REFLEXIO.

Quilibet sanctè adspirat ad felicitatem  
vitæ secularæ, non tamen prohibe-  
tum est, pariter cogitare de præsentis  
vitæ felicitatibus. Necessitas nos saepe im-  
pellit

*Liber Secundus.*

pellit eas expetendi, & Deus nos quandoque juvat easdem acquirere: sunt ex illis non minus aliquæ, quas elegit in hoc terrarum orbe pro bono suorum Electorum, in signum eorum Electionis, & gratiæ perseverantiam. Inter illas magis desiderabilis est scientia, se sapienter regendi, nemini nec sibi ipsi nocendi.

Sapientia in effectu nihil aliud est, quam felicitas in hoc & altero mundo, Est enim bonum generale quod continet infinitam multitudinem remediorum, & diversarum commoditatum, quarum indigemus in hac vita mortali: sufficit hæc sola illi, qui eam agnoscit & possidet. Quidcunque etiam homini deesse possit, dummodo sit sapiens & prudens, nihil ipsi deerit ad veram felicitatem.

Ad minimum potest de ea dici, quod sit conjunctio omnium qualitatum & virtutum, quæ reddunt hominem supremè perfectum & verè divinum. Modestia suæ faciei, tranquillitas suarum passionum, fortitudo & magnitudo Animi, sublimitas suæ scientiæ, sua extensio super omnia secreta naturæ, suæ elevationes

*Consilia Sapiaentia.*

tionones usque ad ipsum fontem omnium  
illuminationum, & suæ continuæ fa-  
miliaritates cum Deo, denique im-  
mensitas sui cordis semper affixi ad  
cælum, & semper sibi præsentis in  
hoc inferiore mundo per exercitia ani-  
mosa & meræ bonitatis versûs suam po-  
pulum: Omnia hæc sunt bona sufficienter  
magna, quibus obligantur ad confite-  
dum, quod talis homo in civitate degen-  
quamvis non sit inter ditiores & felicita-  
res, non minus tamen invitis etiam his,  
ab aliis hominibus ametur, & felix dici  
possit. Quidcunque fortuna Regibus de-  
re valet, æquiparari non potest ei, quæ  
talis homo possidet. *Preiosior est civitas  
opibus, & omnia quæ desiderari possunt  
non valent Sapiaentia comparari.*

Mea intentio non est, Anima Chri-  
stiana, tuas adspirationes & spes eonducere  
elevandi; hic terminus foret nimis altus.  
Mensura tuam fortitudinem & cognoscere  
re ipsum. Sapiaentia habet differentes  
gradus, adspira ad eum, ad quem te Deus  
vocat, & quem tibi tua Consciantia præ-  
ponit

ponit. Illud solum tibi dicere volo, qui non es contentus cum eo statu in quo modo vivis, nec cum illo, in quo usque hac vixisti, si vis Sapientiã pollere, tantum quantum poteris cum auxilio & gratia Dei, cujuscunque conditionis aut status, & in quocunque loco fueris, ibidem quiete vivas & tranquillitatem Animi possideas, tua enim felicitas taliter stabilita non interrumpetur nec turbabitur per quodcunque infortunium.

Non dico quod fortuna tum temporis respectum feret, & quod tibi non amplius nocere volet, dico solummodo, quod te non amplius poterit affligere.

Verum est, quod afflictiones, quæ non cessabunt affligere, integras etiam provincias poterunt affligere; & venire supra tuas terras & possessiones, ingredi tuam civitatem, & usque ad tuam domum, non tamen in tuam propriam personam. Locus animæ immortalis, & ubi Deus impressit suam imaginem, & ubi Sapiencia monstravit suum privilegiũ, est exemptus à prophanationibus & afflictionibus communibus, quo ad reliquas partes hominis.

minis. Impatentia, tristitia & dolor non penetrant, in medio perditionum & ruinarum tua quies & tranquillitas non peribunt, sicut nec tua Innocentia.

Relinques plorare & flere eos, quae memoria priorum peccatorum & mali regiminis accusabit esse causas tuum peruersorum accidentium. Tu virtus, quae te impedit ne es in numerum Reorum, non permittet, ut te numeris inter infelices. Dum illi edent clamores suarum desperationum, & gement super pondere afflictionum, habebis in corde tuo serenitatem: videbitur tibi, quod nullam culpam habeas quoad delicta quae infortunia causarunt tuae domui & familiae: & iste est status suavior & gloriosior, quam gaudere felicitatibus, quas tantum accidentaliter recepisses.

Uno verbo; *Non contristabitur in se, quicquid ei acciderit*, dicit Salomon. Homo sapiens & devotus non taliter se habet accidentibus casibus portabit, quod minus impediatur manere in ordine & statu sua obligationis, multo minus in ipso irregulares excitabunt motus: circa ipsum esse

Arido  
ipsum  
sua erit  
spes su  
suis g  
stabit  
Inno  
ulteri  
sum se  
Sapient  
non p  
gredia  
domu  
Ma  
quali s  
provid  
quiper  
portu  
viderit  
si omni  
querun  
Accusa  
est, q  
derint  
humana  
operta

Aridor & clamor, sed pax & tranquillitas  
ipsum non derelinquet, & dum anima  
sua erit quieta & pacifica, parum curabit  
spes suas frustratas, & quod in negotiis  
suis generentur disordines. *Non contri-*  
*stabit, quidquid ei acciderit.*

Imò David adhuc amplius asserit, &  
ulterius progreditur, non timeamus ip-  
sum sequi, & dicere cum ipso, quod si  
Sapientia tecum fuerit, benignitas Dei  
non permittet, ut fluctus suæ cholerae in-  
grediantur apud te, nec etiam ut terreant  
domum tuam, & eam accedant.

Major pars infelicitatum provenit  
quasi semper ex eo, quod erremus in  
providentia. Id quod accidit Mercatori,  
qui perit in mari, ideò quod indiscretè ex  
portu egressus fuerit, & quod non præ-  
viderit tempestatem. Est commune qua-  
si omnibus personis afflictis, quæ con-  
queruntur se processus aut alia perdidisse.  
Accusant cælum & terram, causa verò  
est, quod fuerint cæci, & quod non vi-  
derint veritates occultas sub mendaciis  
humani cordis, nec secreta fortunæ co-  
operta sub tenebris futuri temporis:

*Quia non cognovisti tempus*, dicit Evangelium. Quiscunque etiam sis, qui mentaris, & narras tua perpeffa mala, marissimè conquerendo de crudelitate tuorum Inimicorum, vel de perversa conditione tuorum Adulatorum, & de infestitia tuorum Judicum, non accusa aliam quàm tuam ignorantiam, & parvam extensionem tuarum cogitationum, que aliud non viderunt, quàm quod ante oculos tuos apparebat. Cogitationes verò ipsius Sapiencie adhuc ulterius progrediantur.

Confidera, quod quàmvis de hominibus dicamus, quod sint subjecti afflictionibus, rarò hoc dicimus de homine sapiente cum sanctitate prudente & modesto. Nescio quis instinctus nos de ipso presumere facit, quod non sint in eadem persona duæ qualitates indifferentes, esse sapientem & esse felicem. Videtur nobis quod non possit errare in eo quod considerat, quia in facie monstrat characterem cujusdam Animi securi, qui prævidet eventus suarum prætensionum.

Quod in veritate denotat dictum Salomonis, cum ipsi attribuat pro essentia

proprietate, ut sciat hodie id quod cras  
apparet, preveniendo malum, quod  
eveniet per curas, & præcautiones ac  
per suam prudentiam desuper illumina-  
tam.

Non figit suum visum in facie homi-  
num; habet lumina quæ transcendunt o-  
culos, & quæ ipsi remonstrant illud, quod  
est secretius & obscurius in cordibus eo-  
rum. Sanctus Petrus dicit loquendo de  
vera Sapientia, quod sit lumen creatum  
à Deo, ut luceat in locis tenebrosis, *Lu-  
terna lucens in caliginoso loco.*

Quibus verbis sanctus Apostolus di-  
cere vult, quod quemadmodum duo sint  
lumina præordinata in hocce orbe, ad  
demonstrandum nostris mortalibus ocu-  
lis res materiales, & visibiles, nempe Sol  
qui nobis eas per diem clarè remonstrat,  
& Luna quæ eas quidem etiam, sed ob-  
scure monstrat, dum Sol non apparet;  
pariter esse duo lumina præordinata ad  
monstrandum nostris animabus res im-  
materiales & spirituales. Primum lumen  
est illud Paradisi, quod vocamus lumen  
gloriæ, & nobis manifestè demonstrabit

a 5

magni-



magnitudinem, & infinitam pulchritudinem Regis Regum, & omne id quod incomprehensibile & miraculosum est in Mysterio SS. Trinitatis & æterni Verbi incarnatione. Secundum lumen est luminare minus, id est Sipientia egressa de sinu Dei ad nos illuminandum super terram, ut quidem certò sed tamen obscure videamus veritates invisibiles & impenetrabiles scientiæ cæcæ Politicorum & Philosophorum. *Lucerna lucens in caliginoso loco.*

Sub radiis hujus Astri divini Sipientia omnium seculorum inter obscuritates ignorantia omnium hominum dignoscuntur mysteria etiam profundiora Evangelii, naturæ, & gratiæ.

Sub iisdem radiis, dummodo factus Sipientis, non per revelationes, nec per illuminationes miraculosas, sed per conjecturas subnaturales penetrabis cogitationes cordium, intentiones Ambitionis, hypocrisis, zelotipia, & impietatis, omnia pericula cooperta sub silentio traditionis & odii. Ego illa aspiciam dicit Job alloquendo Deum, & progrediar in me-

Et unius intrepidæ confidentiæ, dum  
luminare tuum me illuminat: *Quando  
splendet lucerna tua super caput meum,  
& ad lumen tuum in tenebris ambulabo.*

Denique sis sapiens, & videbis even-  
tus periculosos antequam accidant, &  
non expectabis, sicut alii homines, ad  
eos repellendos usque dum se præsen-  
tant, sed prævenies, & satis procul ad eos  
declinandos cum minori labore. Facies  
rationes tuarum domesticarum afflictio-  
num, id quod Salomon fecit miraculosè  
erga tempestuosos & contagiosos ven-  
tos; scivit enim artem & modum eos  
præveniendi, & dissipandi, dum adhuc  
essent in suis cavernis. Artem scivit, quâ  
constanter secum in suis Provinciis re-  
gnare fecit sanitatem, abundantiam & fe-  
licitatem, interim dum aliarum Provin-  
ciarum Populi fame & infirmitatibus pe-  
rissent.

REGULA SECUNDA.

*Stultus illudet peccatum, & inter  
justos morabitur gratia. Prov. 14.*

a 6

PARA

## PARAPHRASIS.

*Peccatum omnibus hominibus placet, dum illud committunt, quando est commissum, homo sapiens ex inde affligitur, & illud amarè deflet: Scrupulosi pusillanimitas desperat, Impudens ridet & miratur, quod Sancti ipsi compatiantur, & de pœnitentia loquuntur.*

*Inter tales infirmos magis deplorabiles sunt illi, qui sibi ipsis non compatiantur, & qui amant suam infirmitatem, ideo habeamus nostram; eius odium est ipse remedium, & hoc est signum quod necdum sumus derelicti, & qui adhuc calum pro nobis meditentur misericordiam.*

## REFLEXIO.

**C**onsuetudo ordinaria hominum est, applicare se seriò & sedulò rebus utilibus, parvam autem curam habere eorum quæ ultimæ videntur esse importantiæ.

Multa impendis in vestitus, & magnam curam habes, ut decenter vestiaris, ne displiceas coram oculis hominum, & tamen non cogitas, ut saneris ab hispido cancro, qui tibi faciem tuam rodit, & qui per suum factorem facit fugere integras societates, & te reddit horribilem, & insupportabilem omnibus qui te vident & te accedunt. Ad quid tam magnarum expensarum jactantia?

Ad quid tibi profunt tam pulchra mobilia & tapetes in tuo cubiculo, hæ magnificentia tui lectus, si inter tot divitias & tot pretiosas voluptates congregatas circa te, ut tibi serviant pro suaviori somno, interim alicujus petrae acutas sentis puncturas, quæ tibi tua viscera rodit, quæ tibi causa est furientium clamorum, & quod patiaris sicut aliqua Criminalis persona super rotam extensa? Volo dicere, si in medio prosperitatum & honorum tuæ domus sentis dolores alicujus peccati mortalis, quod tuam quietem turbat, & si diu noctuque audis funestos clamores tuæ conscientia, qua tibi minatur brevi accedentem mor-

74 *Consilia Sapia,*  
tem & infortunia æternitatis : Dum ad  
speciosa tormenta alligatus sub ingenio  
tulo cruciarius.

Certissimè, peccatum non est malum  
parvæ importantiæ, quod negligi de-  
beat, & ob quod infirmus habeat cau-  
sam ridendi.

Non est verè sapiens super terram,  
qui non potius vellet perdere bona & vi-  
tam; nec aliquis Beatus in cælis, qui non  
vellet potius renunciare suæ felicitati, &  
pati per omnem æternitatem cum dæmo-  
nibus, quam committere aliquod mor-  
tale peccatum.

Angeli, si optio dependeret ab ipsis,  
eligerent potius videre Paradisum & to-  
tum mundum perire, quam videre tu-  
num solum peccatum.

De Seraphinis dicitur : quod compul-  
sionem habuerint, se de nihilo creatos  
esse, dum vidissent primum nasci pecca-  
tum inter se, & quod inventi fuerint in  
societate peccatorum.

Id quod dixit Sanctus Paulus, dum et  
amore Dei elevatus fuisset, non minus  
Seraphicum est & admirabile : nempe  
quod

quod sibi foret suavius, ut ipsemet pe-  
reat, & ponatur in numerum reprobato-  
rum, quam videre in cordibus Chri-  
stianorum aliquod peccatum, quod ip-  
somet vident, & tamen sine querela &  
dolore sufferunt. Et hoc quidem sincere  
dixit, quia bene cognovit duas essentia-  
les qualitates peccati & hominis, quæ  
sunt vera mors Animæ immortalis, &  
vera causa mortis unius Dei. *Parricida,*  
& *Deicida.*

Visi sunt peccatores conversi & divi-  
nè illuminati, qui postquam miscuerunt  
lachrymas & cineres inter suas dapes &  
cibos, & patiebantur in corporibus suis  
rigorosas pænas, non crediderunt ta-  
men se satisfecisse, petierunt pati omne  
quod est tormentorum in inferno, &  
finire inter damnatos tempus suæ pœni-  
tentiæ, Longum esset compilare id quod  
Sancti Patres desuper dixerunt aut scri-  
pserunt: sufficiat tibi scire, quale sit  
iudicium Magistri Sanctorum, quid ju-  
dicet de tua persona, de tuis peccatis, &  
quomodo illa valdè bene cognoscat. Sed  
tunc erit illum desuper interrogare, &  
ipsum, tibi respondere.

Vera

Vera methodus hoc rescindi non est  
ire & interrogare Doctores : hæc scien-  
tia melius addiscitur in solitudine quam  
in Scholis. Tu qui impendis integros an-  
nos cogitando de multis aliis rebus, quam  
de tua salute, & negotio æternitatis, non  
deneges tuæ conscientiæ tres aut qua-  
tuor dies ad audiendū id quod tibi dicere  
volet à parte Dei de hoc magno negotio,  
& ad discendum ab illa explicationem  
horum duorum verborum Sancti Dionysii : *Lux in se tenebrarum notitiam  
habet.* quod lumen intra se contineat no-  
titiam noctis, quod se videndo & nos-  
cendo cognoscat tenebras.

Sanctus Dionysius vult dicere, quod  
Deus cogitet de peccato hominis, id  
quod Sol cogitaret de nocte, si seipsum  
posset videre & cognoscere. In veritate,  
quamvis nullæ tenebræ sint in Sole, ni-  
hilominus si hoc Astrum haberet intelli-  
gentiam, & viventes oculos ; sicut vi-  
deret melius, quam quisque alius, quod  
suum lumen sit perfectissimum inter pul-  
chritudines visibiles, sic etiam melius vi-  
deret quam quisque alius, quod horribile

liffimus squalor & maximè inimicus oculis sit ipsa nox. Et quamvis Sol nunquam fuerit cum nocte, & nunquam illà viderit, sufficet huic astro esse perfectè luminosum ad eam cognoscendam & perfectè mensurandam.

Verum est quod in Deo nulla inveniatur macula, nullum peccatum, & quod omnia in ipso sint illuminata: nihilominus in hac sua essentia pura & impeccaminosa melius videt, quam omnes homines unquam viderint in eorum corrupta & peccaminosa substantia, quid sit peccatum.

Ego te nunc relinquo tecum solam, Anima Christiana. Eleva oculos & contemplare in silentio hanc veritatem Theologicam: Quod Deus per suam propriam sanctitatem cognoscat tuum peccatum, quod ipsum consideret, & examinet, & quod omnem ipsius sciat dimensionem, & per illud sciat tuam constitutionem, dum es in inquietudinibus: Tantùm quantum videt infiniti in sua pulchritudine & magnitudine suarum divinarum perfectionum; tantùm



tum etiam videt in squaloribus, opprobriis, & opprobriis tuæ vitæ peccaminosæ. Mensurat tuum statum cum suo, & considerat, quod non sit maius magnitudo nec major gloria in sublimibus elevationibus suæ Sapientie & amoris erga suum Verbum, quam sit profunditas & tenebræ abyssi nihili, in qua cecidisti, dum ab ipso elongatus es. Videt enim unum & alterum per eandem Visionem.

Quis est iste Magnus Deus, exclamavit David, contremiscens præ horrore: *Scisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* Oportetne, ut in tam clara lucida die contempleris infelicitates & despectus nostræ miserabilis vitæ, & ut inter spectatores Paradisi sæculum nostrarum gratitudinum sit unum ex spectaculis æternitatis? *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Ecce quomodo Deus cognoscit id, quod in nostro intentione agimus; & ecce quid cogitet etiam de minimo nostro peccato.

Quantum verò ipse videt, Respicit ipsum, dum tuus Judex te aspicit. Considera in hunc mundum antiquarum omnium in te videt cæla. Cognoscit me. ita te circa te suam Judicium observat que te dicit, una cum in quæ annunciat & fortassis medio tempore honorum mutatio. *Convenit te videri.* Ipse statim a te de conside

sidera in tua anima id, quod ipse videt, hunc numerum immensum peccatorum inveteratorum, hunc cumulum antiquarum & novarum corruptionum, omnia illa funesta spectacula, quæ Deus in te videt, contemplare, & nihil ex iis cetera. Cognoſcit ille tuas cogitationes, cognoſce & ipſius, & conſidera id quod me itatur. Ad minimum conſidera, quæ circa te ſunt, dum tibi loquor, nempe ſuam Juſtitiam cum penna in manu, quæ obſervat & ſcribit; ſuam Miſericordiam, quæ te derelinquit, & quæ te morti tradit, una & altera, quæ tibi objurgat ſtatim in quo hodie conſtitutus es, & tibi annunciat, quid cras eris, vel hac nocte, & fortassis intra horam, inopinatè, in medio tuarum concupiſcentiarum, & honorum, *Mortuus, judicatus, & damnatus.* In tribus minutis fiet hæc magna mutatio, & quidem in æternum. *Vclut ſomnium evolans non invenieris, & qui te viderint, dicent: Ubi eſt?*

Ipſe Deus tibi loquitur, appende in ſtatera alloquia ejus. Meditare, & concede conſcientiæ tuæ ſolitadinem ad quam

ea te vocat, ut ipsius discursum desuper audias, & cum illa deliberes.

Quaestio est, ut te resolvas aut perire, aut manendi per desperatam conditionem in deplorabili statu, in quo constitutus es, aut potius ab eo secedendi per penitentiam.

Potest esse, quod nec unum nec alterum tibi placeat: non respondes per lacrymas, sicut aliquis desperatus Infirmus extensus super lecto & agitatus ab una alteram partem, suspirando & clamando: *Quò ibo?*

Videtur mihi quod idem cogites facere, quod ille Peccator apud Prophetam te nempe informare, an non sit aliquis locus in mundo, ubi Deus non sit, ubi non videaris ab ipso, & ubi te ipse non persequatur. *Quò ibo à facie tuo, & quò à facie tua fugiam? Ah Domine!* tu qui omnia scis, etiam scis quid sit videri à Deo, dum aliquis est in statu peccati. Quid sit vocari ad vitam aeternam per fortes & suaves inspectiones, dum longa consuetudo nos retinet apud vitam mundanam, & dum cre-

bellis & invincibilis passio nos ducit ad amandam aliquam Creaturam? Magne Deus, prosequitur ulterius, miserere mei! tantum unam exoro gratiam, eam quam tu solus scis; ad quem locum Universi confugiam, ut me abscondam ab oculis tuis, ut non amplius audiam minas tuæ justitiæ, sonitum tuæ perfectionis, & invitationem tui Amoris.

*Quo ibo à spiritu tuo?*

Ecce mirabilem resolutionem expectandi ab ipso Deo, quid sit faciendum, quò eundum, ut coram eo fugiamus. Sed majus & admirabilius est miraculum, quod Deus non dedignetur respondere & instruere.

Responsum quod dat est, Anima Christiana, eundi ad eum locum, ubi habitat Misericordia, in monte Calvariæ: quod dummodo dicas sincerè id quod dicendum est huic supremæ Misericordiæ, & dummodo eam sinas facere id quod ipsi placebit in corde tuo, ibidem invenies quietem & securitatem, quam tantopere desideras.

REGULA

## REGULA TERTIA,

*Donec aspiret dies, & inclinentur  
umbra, vadam ad montem myr-  
rha & ad collem thuris. Cant.*

## PARAPHRASIS.

*Usque dum umbra dissipentur, & dies  
beata aternitatis appareant, ibi in so-  
litudinem ad montem myrrha, & col-  
lem Incensi ad contemplandas veritates  
aeternas, & ad me elevandum ad Deum  
per poenitentiam, & per orationem, sicut  
Incensum, quod ad calum ascen-  
dit, seipsum annihilando & consu-  
mendo in ipsius flammis.*

## REFLEXIO.

**H**ÆC non est mea vox, Anima Chri-  
stiana, nec vox hominis, est vox po-  
tentior & dignior auditu, quæ te vocat  
ad montem Calvaria, & quæ te ibi expe-  
ctat, sicut in loco proprio ad pacifican-  
das

das agitationes tui cordis, & ad te stabiliendum in statu felici ad quem adspiras.

Dic incessanter id, quod tibi dolor tuus inspirabit; Continua querelam de necessitate fatali, in qua putas te constitutum esse, ubique tuum peccatum amandi, ubique esse in conspectu Dei, qui te ubique prosequitur per suas inspirationes & minas. *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?*

Post hæc eleva oculos, & contempla te eum qui apparet in Cruce, videbis in eius aperto corde Misericordiam, quæ reverà videt peccatores ubicunque etiam possint esse, & quæ illos aspicit pro agnoscendis suis gratiis, quas ipsa illis offert secundum magnitudinem suorum commissorum delictorum. Videbis, quod hic Deus quem tantopere fugis, non te persequitur quàm ut te reddat capacem possidendi aliquando sempiternas felicitates loco pœnarum quas promeritus es, & quas meliùs evitare non poteris quam recurrendo ad Crucifixum.

Considera quod extremus & submissi-

ssimus status, in quo homo posse in-  
veniri, sit status cuiusdam peccati mor-  
talis, & quod altissimus & divinissimus  
status in quo Deus esse possit, sit status  
magnæ misericordiæ.

Deus & homo, quilibet devenit ad  
hanc ultimam extremitatem, unus à sua  
altitudine, & alter à sua parvitate de  
Passionis: homo effundendo sangui-  
nem Crucifixi Salvatoris, & Deus Pa-  
videndo profundi hunc pretiosum san-  
guinem. Habes, quod contemplari  
ubi pedem, gressumque paulisper figere  
debeas.

Ego tibi desuper mea ex parte non  
habeo longum discursum proferendum.  
Propheta David inclusit omnia, quæ de  
hac materia debent aut possunt dici, in  
duobus verbis: quod magna sint pecca-  
ta hominis, & magna Dei misericordi-  
dia.

Magna peccata sunt ea quæ committuntur  
contra sanctissimas leges naturæ,  
& quæ nascuntur in corde ingrati homi-  
nis post baptismum in medio gratiarum  
& beneficiorum Redemptoris; quæ de-

dem renascuntur post absolutiones receptas & post omnia promissa pœnitentiæ, quæ multiplicantur per relapsus, quæ fortificantur per impunitatem, quæ indurantur per castigationes, & quæ accumulata per infirmitates, infortunia, maledictiones, crescunt sub hoc cumulo usque ad scandalum, ita ut irrideant minas & potentiam Justitiæ. Denique magna peccata sunt illa, quæ adhuc vivunt inter primas flammæ ignis infernalis, dum dolores purgentes, & pœnitentiæ desperatæ ingrediuntur animam Peccatoris, qui imaginando sibi, quod durantibus his exitibus phreneticis suæ desperationis, effugerit oculos & manus Dei, provocat Cœlum, tradit se criminibus, impudentiæ, Atheismo, & brutalitati. *Opprimamus justum, nec parcamus viduæ; impleamus nos vino; nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.*

Magna misericordiâ autem est ea, quæ contemplatur hoc spectaculum cum sensibus compassionis, & quæ efficaciter laboret remedia conferre. Quod facit con-

Liber II.

b

jun-



jungendo fortiora & suaviora, quæ  
 gratis victoriosi Sancti Spiritus con-  
 prehendentur, & ex illis format  
 simile Auroræ: Cum hoc lumine  
 super facie peccatorum somno totum  
 oppressis intrat oculos eorum, & absque  
 violentia, absque dolore dirumpendo  
 omnes illorum somnolentas cætuas,  
 excitat & illuminat, ipsis inopinatè  
 dicit in aliquo magno die, virtutis pulchri-  
 tudines, eos vocat & attrahit, nec  
 cum suis divinis allocutionibus accen-  
 do, & illorum cordium se Dominum  
 constituendo, ducit illos per irrevocabi-  
 les resolutiones ad exercitia penitentiae  
 & sanctitatis. *Coruscasti, & splendisti*  
*& rupisti surditatem meam. S. Augu-*  
*stinus.*

Magna & adorabilis misericordia  
 nullum habet terminum in exten-  
 sionibus beneficiorum, & quæ jam à sex  
 milibus annorum non vidit ullum  
 super terram, cujus non erat parat-  
 us livisci, si peccator fuisset paratus  
 nitere & se ipsum accusare; & quæ  
 nec modò videt ullum crimen in  
 ...

ferno inter tot blasphemias & impieta-  
tes execrabiles, quod non etiam ho-  
dierno die remitteret, si dæmones &  
damnati vellent submittere suam super-  
biam, & pro tali gratia rogare, exer-  
cendo in suis cordibus unicum actum  
constitutionis & humilitatis. Quot  
peccata tempore tuæ vitæ commisisti,  
Anima Christiana, à primo die, quo  
cepisti esse peccator, & quot beneficia  
Dei recepisti ab eo tempore! Transi-  
vitne unica dies, quæ hic amabilis Pa-  
ter filiorum prodigorum non te expe-  
ctaverit, vel non ipsemet te quæsi-  
verit ad præsentandam tibi manum, & ad  
te retrahendum ab abyſſo in quo fue-  
rat, ex portis mortis & inferni, ac inter  
catenas dæmonum quibus alligatus & col-  
ligatus fuisti.

Unico verbo, in homine sunt magna  
peccata & horribiles ingrattudines, in  
Deo magnæ misericordiæ.

Hinc perpende, si placet, & considera  
quid agendum, quid eligendum, quam de-  
votibus resolutionibus habeas sumendâ:  
Una est, quæ præmeditatus fuisti, velle sa-  
tis procul aufugere à conspectu Dei, ut nō

amplius ejus vocem audias, & eò curre, quò desperatio & cæcitas te conducunt; Altera est occurrere huic misericordiæ, quæ tibi porrigit manum, & revocat ad salutem.

Elige! Ah dicit Sanctus Petrus, *quem ibimus? Verba vita æterna habes* Divine Salvator, gratia & vita sunt in labiis tuis ad effundendum se supra homines: Cor meum suspirat & desiderat unam & alteram. Sum peccator & mortuus. Ego intra me habeo mortem & peccatum, quæ me opprimunt. Non remanet mihi, quàm unicum mortuum vitam, & æternitatem pœnarum. *Quo ibo ad quærendum remedium? Quo ibo, nisi ad te? Verba vita æterna habes* Examina hæc duo verba, & conatelligere id quod tibi de summitate Calvarie respondetur. Nec ego possum tibi aliquid amplius dicere, quàm quod modo tibi dixi.

Habes magna crimina, sic necessitas habes magnam misericordiam. Eas ad Calvariam montem, in hoc unico loco ea invenies & in hoc unico loco debes eas quaerere.

Verum est, quod ibidem tibi objicie-  
 tur, quod effuderis sanguinem Salvato-  
 ris, & quod sis parricida, qui eum cruci-  
 fixisti; ostendent tibi in summitate Arbo-  
 ris enormissimum omnium criminum, &  
 hoc quidem tibi attribuetur; Sed ne pa-  
 veas, habe solummodo curam, ut imme-  
 diatè quò ingrederis & vides Crucifixum,  
 facias egredi veritatem de corde tuo & de  
 ore tuo. Confitearis, quod sis plenus cul-  
 parum, contra quem cœlum & terra de-  
 siderent vindictam : *Iniquitatem meam*  
*ego cognosco.* Videbis statim egredi Mife-  
 ricordiam de corde Dei ad tibi obvian-  
 dum, te exosculandum, & tibi jungen-  
 dum supra labia tua gratiam cum veritate  
 tui doloris & confessione tuorum errorū.  
 Loquere & confitère tua crimina, di-  
 cendo cum Davide : *Peccatum meum*  
*contra me est semper.* Verum est Domine,  
 mea ingens culpa, quæ infinitam multi-  
 tudinem meorum peccatorum in se con-  
 tinet, est tecum in cruce, sed tua magna  
 misericordia ibidem etiam est ; per hanc  
 dirige intentiones tui cordis, & per hanc  
 responde responsum, quod meis lachry-  
 mis

b 3

mis

mis voles dare: *Miserere mei secundam  
 magnam misericordiam tuam.* Non  
 ploro misericordiam Angelorum & Sa-  
 ctorum, nec misericordiam Dei gloriam  
 in caelis; necesse habeo magna & supra-  
 ma misericordiae, quae non invenitur  
 in Deo crucifixo. Hic, cujus causa mori  
 fui, solus est, qui me resuscitabit. Col-  
 lige multitudinem tuarum gratiarum &  
 remissionum, quas unquam a confusio-  
 ne mundi peccatoribus concessisti.  
*collige eas hodie pro me solo.* *Secundam  
 multitudinem miserationum tuarum.*  
 Invenies in me omnes peccatores, ne-  
 cesse habeo etiam apud te invenienti-  
 omnia beneficia & amorē, quem usque  
 ad illos convertendos impendisti. Do-  
 ne Salvator, glorifica tuam potentiam  
 & fac videre in una creatura tam cri-  
 nali, quid sit Deus, & quid possit  
 gratia in corde desperationis pleno.

Impende tempus tuum quantum  
 teris talibus cogitationibus, & per  
 tudinem tuorum actuum contritione  
 juva misericordiam divinam effunde

super te multitudinem suarum benedictionum.)

## REGULA QUARTA.

*Vadam ad collem thuris.*

Cant. 4.

### PARAPHRASIS.

*Vadam ad montem Incensi, ad me elevandum per orationem & per poenitentiam usque ad plagas & vulnera Jesu Christi, formando in mea anima characterem suorum dolorum, & in posterum non aliã vitã vivam, quam illã, quam de corde ejus sum-  
psero.*

### REFLEXIO.

**E**cce methodum, quam observare debes in solitudine illis diebus, quibus tempus habes audiendi tuam conscientiam, & considerandi id quod, hæc, tibi dicere præterit.

b 4                      Narra

Narra sapius tibi ipsi historiam tuorum miserabilium annorum, & omnia illa que occurrerunt in illis funestis occasibus, in quas te societates humane misererunt. Recordare uniuscujusque tuorum peccatorum, & de qualibet suspirare, plorare, & tunc ad actus Contritionis dignos gratiam, quas mors Salvatoris tibi promeruit, & que te retraxerunt de Inferni latrocinio.

Dic, Domine, id quod me quam maxime affligit in his peccatis tam enormibus, est, quod cor meum sit nimis debile ea odio prosequendi. Ah revera est nimis parum pro corde meo, & nimis parum pro cordibus meorum Confessorum, qui illa cognoverunt, & qui mecum deflexerunt: vellem habere cor unum omnium hominum, & omnium Angelorum, & de hac multitudine cordum simul junctorum formare contra meam ingratitude imprecationes & odia fortia, ut sint æqualia meæ tristitia mei infortunii. *Cor mundum creavit Dominus Deus.* Domine impende tuam potentiam & misericordiam, creando

hoc novum, cum quo tibi satisfacere, & te amare valeam.

Hoc desiderium placebit Salvatori, sicut ipsi placuit desiderium Davidis & Sancti Petri, & tot aliorum peccatorum conversorum, qui postquam annos impleverunt suspiriis & fletibus, ultimò hinc eorum fletus facti tenuiores, informarunt se, an non aliquis in mundo sit, qui possit facere renasci in anima eorum aliquam scaturiginem talium amararum aquarum, quæ nunquam cessarent, sed toto eorum vitæ tempore durarent. *Quis dabit capiti meo aquam; & oculis meis fontem lacrymarum?*

Dic idem contemplando tuum Dominum Crucifixum. Dic sincerè ex corde & cum talibus verbis, quæ non sunt quam suspiria Amoris: *Quis dabit capiti meo aquam?* quam essem felix si viderem egredi ex meis oculis torrentem lacrymarum, quæ se conjungere possent torrentibus sanguinis mei Dei, & currere cum his ad unumquemque locum, in quo mei errores fuerunt commissi, ut ubique tibi rescitum fuit, me fuisse peccatorem,



pariter resciaur, quod ploraverim, & ubique videantur æterna signa meæ penitentia. O populi, qui unquam audistis loqui de scandalis meæ vitæ, venite & audite meos clamores, & meas lamentationes, venite & videte dolorem meum. Aspice mi Deus & considera id quod est in mea conscientia; Spero tamen in te, etiam in statu in quo sum; sis tam benivus & in hoc pariter me dilige; ad minimum non dedignare me aspicere, sed relinque de tuis oculis virtutem, quam tibi dat gratiam & vitam. *Vide Dominum & considera.*

Deus te videt & audit tempore horarum sanctarum horarum dum sentis remissionem tuos dolores & convulsiones tuæ afflictionis conscientia. Non intermittet te consolari, dicendo tibi intrinsecè & iteratim quod tibi tot vicibus dicere curavit per Evangelistas & Prophetas, quod peccata tua sint remissa & deleta, & quod in corde tuo nulla macula remanserit.

Scio hoc quidem divine Salvatoris memoria eorum adhuc apud te remanere

Ah magne Deus, quàm parum me hoc  
 consolatur, dum mihi dicitis: *Ego te ab-*  
*solvo.* ut hoc perfectè fiat, deberes tu,  
 qui nihil ignoras, excogitare inventio-  
 nem, ignorandi id quod commisi, & ob-  
 liviscendi id quod mihi accidit, dum cri-  
 minalem & scandalosam vitam age-  
 rem.

Qualis enim modus vivendi, vivere  
 in presentia Dei, qui videt meas infide-  
 litates, & qui earum adhuc reminisci-  
 tur! Qualis modus me consolandi, dum  
 qualibet die ex parte Dei mihi de novo  
 dicitur, quod mea peccata in ejus effu-  
 so sanguine lota fuerint; dum alia ex par-  
 te in audio, quod mea peccata adhuc  
 appareant coram oculis Dei, quod in  
 omnem æternitatem apparebunt, quod  
 inter splendores Paradisi sæculum mea-  
 rum ingratitude erit unum ex spe-  
 ctaculis æternitatis! *Posuisti iniquita-*  
*tes nostras in conspectu tuo, sæculum*  
*nostrum in illuminatione vultus*  
*tui.*

Deus qui videt cum complacentia hos  
 timores & tui cordis inquietudines, eas

b 6

præ-

*Consilia Sapientia,*  
prævenit, & voluit tibi dare plenariam  
consolationem.

Quia durantibus his familiaribus con-  
solationibus te consolatur, tibi loquitur  
ut Deus, qui per unum ineffabile mi-  
raculum extendit suam potentiam, eor-  
que etiam omnia obliviscendi, & impe-  
liendi memoriam tuorum peccatorum  
aliquam abyssum, ex qua nunquam al-  
pius egredientur:

*Disponet iniquitates nostras & pro-  
cedet in profunda maris omnia peccata no-  
stra, quoniam volens est misericors.*

## REGULA QUINTA

*Generositas illius glorificat, & in  
tabernaculo habens Dei, Sapientia.*

### PARAPHRASIS.

*Nobilitas & potentia Gratia divina  
glorificantur per hominem qui vivit  
humiliter, cum Deo.*

REFLE

## REFLEXIO.

Principalis obligatio personarum sanctarum & virtuosarum est, glorificare ipsam sanctitatem. Multi devoti id non faciunt: videmus in illorum actionibus aliquas indiscretionem, quæ dant ansam libertinis vilipendendi hanc virtutem divinam.

Nescio an sit aliqua innocens ambitio, velle imitari Sanctos in suis actionibus minus imitabilibus, & magis miraculosis: hoc tamen scio, quod hoc non sit glorificare sanctitatem, velle esse sanctiorem, quam ipse Deus velit. Idem est cum devotione, quod cum ipsa sanctitate. Qui nimis multum de una aut altera habet, adhuc de nulla sufficienter possidet. *Non plus sapere quam oportet sapere, sapere ad sobrietatem.*

Possim pariter dicere, quod hoc multum sit sapere, qui non æstimat pietatem Christianam, & qui ordinariè causa est, quod tam parum respectus pro illa in mundanis societatibus habeatur.

b 7

Hoc

Hoc infortunium non provenit à devotione Sapientum & Sanctorum, sed à vera stultitia scrupulosorum & falsa sanctitate hypocritarum.

Non velle ire ad cælum quàm per vias obliquas, & per Regulas quæ incognitæ sunt Ecclesiæ & Theologiæ; sed persuadere, quod sit una criminosa negligentia, non velle potius mori, quàm rumpere aliquod jejunium in Quadragesima, dum periculosâ laborat infirmitate; quod non sit mortuum, quàm Christianum aut prædestinatum, si quis non moriatur per violentas mortificationum, & non faciat contra seipsum, quod fecere Tyranni contra Martyres cujuscunque sæculi. Tale Regulæ collaudatæ per Novatianos & Montanistas non fuerunt unquam veræ gloria devotionis & personarum devotarum, sed erant sæpius gloria comitum Directorum, qui judicârunt quod sint vela propria ad cooperiendum suas insipientes hæreses, & qui desiderârunt, dum nobis tales devotas personas pervertas spiritu & sanctitate per jejunia & vigi-

gillas monstraverunt, quod debeamus  
illas aspicere tanquam probas incontestabiles sanctæ vitæ, quam eorum Conductores ducunt, & sanctitatis doctrinæ quam docent.

Sis devotus, sed scias, quod si non posses esse devotus, quàm cum aliqua devotione illaudabili, aut veraciter non æstimabili & ridicula, quòd potius planè non deberes esse devotus. Non seras ad sanctuarium sub nomine hominis spiritualis & mortificati tales errores, qui causant risum tam bene sapientibus quàm aliis personis, & qui ipsis ansam præbent, etiam contra propriam voluntatem te vilipendendi. Est enim res vituperosa, & quæ sæpe etiam in modestis conversationibus accidit, quod ordinariè tantùm de personis devotis loquantur, ut accusent & censurent earum actiones.

Non augeas numerum eorum, qui huius rei sunt causa; quod tamen facies si conaris accommodare devotionem cum certis modis vivendi, de quibus lingua Libertinorum justè recreationem sumit,

sumit, & quos ipsa conscientia verorum  
Sanctorum tenetur condemnare.

Ex quorum numero tu pariter eris, si  
redeundo ab Ecclesia post longas con-  
templationes ad pedes Altarium, re-  
fers demum displicentias, choleram  
alias importunitates tui humoris pla-  
stici & melancholici. Una ex pri-  
mariis regulis eminentis sanctitatis est,  
ut vivamus domi nostrae eo modo, quo  
viveret aliquis Angelus. Si hoc nimis  
multum est pro te, vivas tanquam ho-  
mo rationalis; ad minimum non vivas  
tanquam aliqua fera bestia, & non des-  
ansam tuis domesticis conquerendi omni  
horâ, & tibi attribuendi, id quod di-  
ctum fuit de una indiscretè devota per-  
sona, quod quô magis ipsa jejunet  
preces ad Deum fundat, eò magis est  
insupportabilis & cholericæ.

Recordare quod ille sit verus sanctus  
in hoc mundo, qui scit, quod vera pi-  
etas & vera civilitas sit una identica re-  
us.

Attende super omnia id quod com-  
munissimum est in vita quarundam spi-  
rituum malorum

malium personarum, ne ponas tuas capitulos, & inobedientias, ac tuas inclinationes ad diuturnas assiduitates & consuetudines superstitiosas in numerum tuarum obligationum & tuarum virtutum.

Reijce fortiter ex tuo capite stultitias imaginationis, sicut sunt illusiones, anxietates, inquietudines formatæ per somnia, & non relinque, ut aliquis timor chimericus, nec aliquis fumus terræ & inferni misceatur tuis cogitationibus, in quibus Deus nihil nisi divinum voluit videre.

Tine peccatum mortale, & fuge illud plus quàm ipsam mortem, sed ne time nomina & figuras peccati. Dæmones utuntur etiam rebus innocentibus, & puris, quibus componunt similitudines peccatorum mortalium, ut terreant devotas & timidæ scæminas. Non expavescas, & non fac ridere sapientes ob tuum errorem & timiditatem, sicut tu rides aliquem infantem, qui timet & fugit dum videt aliquem serpentem æneum in extremitate alicujus fontanæ; sicut enim nihil



nihil minus venenosum & minus periculosum est, quàm tales Dracones aerei, & talia monstra ænea atque argentea, quæ videmus in aliquo Pælatio; pariter etiã nihil minus obnoxium peccato & impuritate, quàm hæc spectra peccati, & fœditates horribiles, quæ demones consueverunt formare in imaginatione etiã castarum Virginum. Gemunt & in desperationem aguntur sicut si essent damnatæ. Indignati rident has desperationes. Habe cum illis compassionem, sed illos non imitare. Eleva te tam altè quàm possis supra has phantasias interiores.

Libertas, tranquillitas, animositas, & sapientia debent ingredi animam tuam cum vera devotione: ad minimum verum est, quod excellentissime dixit quidam sanctus Pater, quod fieri devotum, sit recipere ex beneficio gratiæ id, quod hæc inter fortissimas & pulchras qualitates tempore nostræ civitatis nobis denegavit. Esset mirabile infortunium, si tibi contrarium accideret, si tu qui semper fecisti ap-

parere bonum iudicium , dum negotia  
hujus mundi tractares , hodie dum re-  
solvisti te Deo serio tradere , incipe-  
res exercitia tuæ vitæ devotæ per actus  
inciviles , feroces , cogitabundos , phan-  
tasticos.

Oportet quantum est possibile , ut  
nulla ex pulchritudinibus & magnitu-  
dinibus propriis humano ingenio tibi  
defat , dum recipis gratiam. Est res  
indeeens & illaudabilis videre magnos  
peccatores , qui apparent coram oculis  
mundi cum magno honore , & magna a-  
nimositate ; & videre devotos , qui vi-  
dentur credere , quod non sit una ex ob-  
ligationibus devotionis corrigere errores  
sux naturalis timiditatis & pusillanimita-  
tis.

Verus modus jungendi in nobis  
perfectiones de quibus loquor , & per-  
fectionandi gloriam vitæ Christianæ &  
spiritualis , est habere curam ejus , quod  
nobis citatus textus denotat , qui con-  
tinet illa pulchra verba , quæ scri-  
psit Salomon , quod nempe nostrum  
principale exercitium debeat esse , con-  
versari

ver fari cum Deo , & vivere familiariter  
cum ipfo. *Generofitatem illius glorificat,  
contubernium habens Dei.*

Verum est , quod Deus fit nofter Do-  
minus , & quod locus qui tibi propius  
est in præfentia ejus , fit locus humilium  
sub pedibus ejus , & adhuc magis infe-  
rius , quoufque possibile est. Nihilome-  
nus à tempore quo ipfum verè amas , &  
à quo cum Magdalena durante cordati  
converfatione fruere apud ipfum privi-  
legio magni Amoris , licentia hujus glo-  
riofæ qualitatis est , ut eum contemplan-  
tanquam tuum æqualem , & ut ipfi  
mose dicas : *Dilectus meus mihi , & ego  
illi.* Ego tibi & Tu mihi.

In templo tempore adorationis & sa-  
crificiorum appare coram ipfo , tan-  
quam umbra annihilata cum fubmiffione  
& refpectu : fed in locis & tempore tua  
libertatis affuefce id agere cum ipfo ,  
quod facis qualibet die cum iis qui te  
mant , & quos tu amas. Est enim ipfe  
pariter tecum : Dic ipfi idem , quod  
illis diceres : loquere cum ipfo de  
tuis negotiis , de tuis intentione-  
bus ,

bus, de tuis desideriis, de tuis anxietati-  
bus, & de omni eo quod te atinet. Ha-  
be cum ipso, quantum potes, intimas  
familiaritates, & secretas communica-  
tiones; Dic ipsi omnia, quæ excessus A-  
moris tibi inspirabunt, & nihil minus ti-  
meas, quàm pavere coram hoc tuo Spon-  
so, cui nihil magis displicet in animabus  
sanctis, quàm pavor & diffidentia, &  
inquietudines alicujus conscientiæ scrupulosa.

Supremus quidem ipsi respectus de-  
betur, sed cum te amare velit, & à te te-  
nerimè amari, maximus honor quem  
à te desiderat, est, quod velit, ut ipsi lo-  
quaris, sicut illi qui te amat, & ut ipsi di-  
cas tuas intentiones cum omni libertate,  
teneritudine & confidentia. Dic ipsi o-  
mnia quæ circa te fiunt, & quæ tibi acci-  
dunt, quanquam idem ipse sciat, vult ta-  
men id à te ipso etiam audire. Et quam-  
vis sit Deus, desiderat tamen illud scire,  
quia te amat, & quia omnia quæ tibi ac-  
cidunt, sunt pro negotio & interesse sui  
Amoris.

Dico itaque quod hæc conversatio  
cum

cum Deo , glorificat tuam devotionem ,  
dat cognoscere potentiam , pulchritu-  
nem & sublimitatem , & constringit pec-  
catores etiam superbissimos ipsum Deum  
honorandi & admirandi.

Ratio hujus est , quod duranti-  
bus his conversationibus internis Deus ti-  
bi loquitur , non quidem in formis  
& in nocte , uti Josepho , nec etiam  
uti sancto Paulo per sonoram , & i-  
multis auditam vocem , sed sicut illi  
cui amatae sponsae per voces enuncia-  
tas immediatè ad cor ipsum & forma-  
tas per suspiria ejus , qui illa enuncia-  
vit , hoc est per suas aspirationes , & deti-  
niores impressiones.

Uno verbo , in his conversationibus  
observat Deus eandem methodum , quam  
nos observamus erga Amicum cui ali-  
quod secretum confidere volumus , in  
praesentia alicujus Societatis , quae illi  
audire non debet.

Ducimus enim eum ad partem , &  
applicamus nostrum os auriculae ipsius  
& loquimur ipsi tam suaviter & tam  
vicinè , ut noster halitus cum nostris  
verbis

verbis auriculæ ejus ingrediatur, & ut  
eodem tempore quo nos audivit, re-  
cipiat pariter dolorem & alias impres-  
siones nostri halitus. *Ducam eam in  
solitudinem, & loquar ad cor e-  
jus.*

Ecce id, quod facit Deus, dum  
vult instruere aliquam sanctam Animam  
in eo, quod debet facere in quacunque  
occasione: conversatur cum ipsa de o-  
mnibus rebus, quarum ipsius interest  
scire, & communicat ipsi supra unam-  
quamque suas secretas intentiones, sed  
hoc ita suaviter & veraciter de corde  
ad cor peragit, ut à nemine quàm ab  
ipsa sola percipiatur. Non est vox  
sola, uti Propheta dicit, quæ loqui-  
tur, *Sed quasi sibilus aura tenuis.* Et  
quasi halitus seu inspiratio divina, quæ  
se diffundit deliciosè super cor homi-  
nis, & quæ cum instructionibus & il-  
luminacionibus suis infundit ardores &  
potentiam, quæ ipsi est necessaria,  
& quam exoptat ad se bene regen-  
dum.

Dico potentiam & alias qualita-  
tes

res caelestes ; quia sicut tum temporis & scursus hujus incomparabilis Domini non sunt proprie aliud quam inspirationes, suspiria & halitus sui Amoris ; in sunt proprie loquendo , aliud nisi quam emanationes seu expressiones suae Sapiaentiae, suae intelligentiae, & suae benignitatis, quam conservat in nobis, & cum qua in hac gloriosa unione & cordiali conversatione diffundit suis verbis omnia, quae potentiae, gratiae & sanctitatis Deus inspirare potest.

Ita est dicit Sanctus Bernardus, his illi infusa halitus & inspirationes exiites de Spiritu sancto , quae in die, quo creatus est Adam , diffusae super statum luteam , fecerunt nasci unam animam immortalem, & unam viventem imaginem Divinitatis ; quae pariter diffusa supra faciem Moysis in monte Sinai ipsam transformarunt in Angelum lucentem, *ex consortio sermonis Domini.* quae similiter diffusae super Apostolos fecerunt ingredi Spiritum sanctum in eorum animas , cum potentia remittendi peccata & sanandi omnes infirmitates generis hu-

mani. Hæ ipse sunt illæ, quæ dum transiges  
 suavia temporis momenta, respirando  
 in sinu tui amantissimi Sponsi, pellent  
 ex corde tuo omnem levitatem, timidi-  
 tatem, illusionem, ignorantiam, & ibi-  
 dem facient renasci omnes gratias, quæ  
 te hominibus & Angelis reddent amabi-  
 lem. Sic exeundo Tu qui mundanis ho-  
 minibus tam sæpe dedisti causam vilipen-  
 dendi vitam devotam, apparebis coram  
 illis in statu & cum qualitatibus, quæ co-  
 gent hunc cœcum mundum aperire ocu-  
 los, & confiteri, quod devotio ornata  
 gratis Jesu Christi exornet naturam, &  
 quod inter personas, quas amamus & ad-  
 miramur, non sint digniores amore &  
 admiratione, quàm personæ veraciter  
 devota. *Generositas enim ejus glorificat con-  
 tubernium habens Dei.*

Sed nota, cùm loquamur de felici de-  
 votione, quod ejus privilegia, de  
 quibus loquor, & quorum methodus  
 consistit in vivendo familiariter cum  
 Deo, sint talia, ut in cœlo ordinariè nec  
 tibi aliquid denegetur, nec illis, qui ali-  
 quam partem in tuis precibus habent.

Liber II.

c

Dico



Dico tibi, quod accidat apud Deum, quod accidit apud Reges: verus enim sæpe unicus modus obtinendi omnium aula Regum est, ut aliquis sit familiaris, & possideat gratiam loquendi confidenter, & cum tali libertate, cum qualis ipsi loqueretur.

Quam sæpe ibidem videntur personæ magni Stemmatis & magnorum mitorum, quæ post longas orationes, & respectuosas petitiones plenas fractionum, & sapientium demonstrationum, redire coactæ sunt, abire absque ulla petitione obtenta. Interim dum una Sunamitis, una Esther quæ modum invenit ad ipsum conueniendi, & se familiarem reddentem, obtinet omnia quæ desiderat, ita illa ipsa rogetur suas inclinationes, & petitiones confidenter proferre. *Quæ habes Esther? & quæ est petitio tua? Etiam si dimidiam partem Regni impetieris, dabitur tibi.*

Non nego, quod humiles & reverentes orationes conjunctæ cum ieiuniis, lacrymis, & aliis devotionum

atibus, quos animæ sanctæ in Ecclesiis solent praticare, sint valde bonæ, certissimè sunt bonæ, & sæpe efficacissimæ, sed secreta sapientiæ Dei, & suæ repulsæ rationes nobis sunt impenetrabiles.

Dico solummodo, quod excellens modus efficaciter orandi sit, dum inter suaves teneritudines hujus solitariae discursus, innexus brachiis tui amati Dei, confidenter ipsum alloqueris, super cor ejus suspirando; Dico quod hæc suspiria obtinebunt id, quod longe aliorum orationes, & eorum fervorem inventiones obtinere non poterant.

Sed recordare quod talis sit status alicujus Animæ, quæ nihil nisi Deum amat.

*Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Non sis apud DEUM, sicut Aulici apud Principes expectando illorum dona: Non quære aliud apud Deum, quàm felicitatem apud eum existendi: ita ut illius sola præsentia sit tua quies, spes & vita.

Quando Deus videbit in corde

corde tuo, quod nihil ames, quam ipsum solum, sufficet ipsi ad te exaudientem, videndo in corde & memoria tua omnes illas res, quæ tibi fuerant recommendatæ, & pro quibus ipsum exoritur desideras.

## REGULA SEXTA.

*Fons vita, eruditio possidentis.*  
Proverb. 16.

## PARAPHRASIS.

*Doctrina est una ex fontibus vitæ, quæ illam possidet. Ignorantia & morositas sibi similes in multis rebus. Spiritus hominis, qui est ignorans & nihil sciens, est in suo corpore sicut in arca septuaginta: Vita quæ ibidem sola remanet, nihil amplius est, quam vita bestiarum, vel umbra vitæ spiritualis. Ignorantem, secundum mentem Sapientiarum, quæ plures annos transiguntur ab ipsa natiuitate usque ad mortem.*

absque tamen ipsa vita. Perierunt  
quasi non fuissent, & nati, quasi non  
nati.

## REFLEXIO.

Sicut scientia est una pars nostræ perfe-  
ctionis, ita est etiam una pars nostræ  
felicitationis: sis sapiens ad minimum tan-  
tum, quantum obligaris per leges natu-  
ræ, Religionis, convenientiæ & hono-  
ris. Cujuscunque ætatis etiam hodie  
existis, & quæcumque conditionem ha-  
beas in mundo, necesse est, etiam pro  
statu tantum honesti viri, ut non ignores  
Philosophiam, moralem Physicam, &  
Theologiam Christianam.

Multa tamen addiscere non potes abs-  
que multo labore, & non eundo ad Pro-  
fessores, qui publicè vendunt has nobi-  
les scientias. Non est amplius pro te stu-  
dere sub ipsis aut frequentare illorum  
scholas; sed tempus est ut cogites ad æ-  
ternitatem, & addiscas modos illuc feli-  
citer perveniendi.

Magistri & Professores hos te modos  
docturi,

docturi , jam à longo tempore expectant. Ad minimum nullum laborem habebis illos quærendi , inveniuntur ubique circa te , & satis prope apud te tibi secretò ad cor ipsum loquendo : Non eas procul , redeas ad te ipsum , & audias id , quod tibi dicent. Ecce aliquas Reflexiones , quæ te iuvabunt melius hos Magistros intelligendi , & utilitatem ex eorum discursibus sumendi.

Scias itaque , quod à tempore quo incepisti vivere , fueris coactus per legem naturæ cognoscere tres veritates : Primam , quod sit unus Deus , qui tibi dedit vitam ; Secundam quod sis aliquod nihil , ex quo venisti , vel creatus fuisti , & una mors ad quam tendis ; Tertiam , quod sit Jesus Christus , qui te redemit , & te resuscitabit à mortuis.

Invenisti dum nascereris , tres Magistros seu tres voces ordinatas te habere lectiones docendi ; nempe vocem Naturæ , vocem Mortis , & vocem Evangelii seu Gratia. Hisce tibi non est discursus , sed tres materias meditationis presento.

Dico ante omnia, ut scias in perfectione id, quod tibi in morali necesse est scire, quod necesse sit, te reddere Discipulum mortis & studere sub ea.

Mors non loquitur, sed habet aliquod silentium, quod est compendium Doctrinae Prophetarum & Apostolorum, & quod continet pulcherrimas Instructiones, quas ipsi tibi reliquerunt ad bene vivendum, & bene respondendum in omni occasione difficultatibus tuae caecae conscientiae. Omnia Consilia SS. Patrum sunt sub lingua mortis. Miraculum est, quod haec nihil loquendo ad cor tuum ingredi faciat sua consilia, & suas instructiones, & id faciat cum tali methodo, tali eloquentia & tali expressione, quod illi sancti Doctores nunquam poterant imitari. Illa hoc facit, dicit Salomon, qualibet vice, qua se praesentat coram oculis tuis, & te vocando ad aliquam domum, in qua tibi monstrat per faciem alicujus morientis personae sententiam, quam caelum contra te enunciauit, quod nempe oportet mori, & cras esse in statu, in quo hodie moratur hic moribundus. *Testamentum huius mundi, morte morieris.*

Salomon vult insinuare, quod dicitur factu  
 homines moriuntur, formatur in labor cum o  
 eorum certa aliqua scriptura, quam quia  
 libet scit legere, & ubi unusquisque legi  
 hanc duo verba: *Hodie mihi, cras tibi* h  
 Propheta hoc vocat eorum Testamen  
 tum, quod mors scribit pro illis, & quod  
 facit videre eorum hæredes & alios testes,  
 qui lectum circumdant. Omnes hoc te  
 gunt, & omnes intelligunt; Tu illud  
 iam sæpe legisti; O magnalia mundi! Et  
 exinde dicit sanctus Gregorius: *Discite*  
 quod hæreditas, quam unusquisque a  
 tuis Antecessoribus tibi reliquit in  
 mento sui excessus de hac vita, sit, quod  
 morieris sicut illi, & quod tuæ divitiæ  
 tuæ dignitates, & omnes tuæ hodiernæ  
 magnitudines erunt intra paucos dies il  
 quod fuerant antecederent, nempe pul  
 vis, cineres, & nihil. *Pulvis es, & in  
 pulverem reverteris.*

De tot Genitoribus, quos ab origina  
 mundi habuisti, non est unicus, qui non  
 approbaverit hoc testamentum, & qui  
 tibi non reliquerit hanc hæreditatem.

Testamentum, exclamat Salomon,  
 quod tantum aliquis juvenis homo, dicitur  
 factu

factus per latrocinia patris, legere potest cum quadam attentione, ut brevi deveniat injustè divitis & hominis damnati heres sanctus & felix.

Lege itaque sed considera, quod magnum lucrum hujus contemplationis vel hujus lecturæ non consistat invidendo id quod tibi mors monstrat, sed recordando, quod ipsemet vidisti.

Postquam enim hæc tibi monstravit in fundo alicujus sepulchri unum exercitum vernium circa faciem, quam non dudum adorasti, & postquam illa te coëgit confiteri, quod hæc putredo fuerit Idolum: Verbum, in quo includit omnes has instructiones, & quod menti tuæ insculptum habere desiderat, est: *Memento Homo.* Memento igitur Juvenis id, quod modò vidisti in tumulo, & quam exinde salubrem doctrinam didicisti aut discere debuisti.

In veritate pro perfectè addiscenda morali instructione, sapienter & Christianè vivendi, parum est aspicere personas sepultas aut expirantes. Nullus



est hominum , qui dum id videt, suos  
 Propinquos & Amicos jacentes in lecto  
 moribundos , non cogitet de negotio  
 alterius mundi , & non formet in cor-  
 de suo aliquas intentiones conversionis  
 & pœnitentiæ : Sed post cras inven-  
 mus omnes tales cogitationes in me-  
 moria nostra deletas tanquam somnia ;  
 nescimus amplius quid heri viderimus,  
 & quid heri voluerimus. Inde vobis  
 vana & libera consuetudo vivendi,  
 sunt adhuc in corde nostro taliter facta  
 anteceder, iterum incipimus vivere sicut  
 peccatores , qui obliiti sunt , aut nunquam  
 sciverunt quod mors in mundo inven-  
 tur.

O Mortales , exclamat ipsa Mon-  
 non solummodo in Ecclesia , dum de-  
 ploratur , aut funerales ceremonie  
 vestri Fratris peraguntur , qui heri si-  
 ne ulla confessione , & cum duorum  
 annorum impœnitentia mortuus est, de-  
 betis addiscere scientiam , quam docuit  
 sed sæpius recordari hujus infelicis ob-  
 tus. *Memento.* Habe & conserva firmi-  
 ter in memoria cogitationem hujus mor-  
 tis.

is, quamcunque mutationem fortunæ  
subeas, aut in quocunque loco mundi  
inveniaris. Accipe hanc memoriam te-  
cum ad omnes societates, & recordare e-  
jus interim, dum alii rident, & alias recrea-  
tiones habent. Præbe illi aurem, quid  
tibi dicat & sine ad cor tuum ingredi  
hanc scientiam.

Ingredietur, ne dubita, tam ignorans  
quam hodie esse poteris, tam scitò non  
indigebis amplius Casistis, qui te do-  
ceant obligationes vitæ Christianæ, &  
quos interroges, ad quid obligetur tua  
conscientia. Hæc eadem tua conscien-  
tia omnia sciet, & erit capacissima se ip-  
sum instruendi. Non permanebis apud  
piores tuas cogitationes eundi & ex ore  
Doctorum extrahendi per ambages re-  
media contra tuos justos metus, nec et-  
iam illos amplius ita informandi, ut co-  
gantur tibi consilium dare, potius pec-  
cata tua ad alterum mundum tecum  
ferendi. Timor Mortis introduxit  
medicinas, & oblivio Mortis Casi-  
stas.

Denique inter omnes recreationes,  
inter omnia negotia, & in quacunque  
vitæ occasione obliviscaris ejus quod  
dixi. Interroga mortem & conve-  
sâre cum ea; Hæc eadem tibi omnia  
sapientiam tradet moralis doctrina,  
magis, quam omnes rigorosi Prophe-  
tæ, qui scribunt in suis libris, & lo-  
cunt in suis Concionibus tam mirabi-  
lia de periculis subitanæ mortis in-  
lo statu; qui tamen extra cathedram ob-  
liviscuntur omnium quæ dixerunt, &  
impunè vivunt in suis irregularitatibus.  
Hic esset optimus liber moralis doctrinæ  
in tuo triclinio, qui fuerat Imperatoris  
Heraclii, nempe caput alicujus mortui  
cum his verbis in fronte: *Hoc eris cras  
quod sum hodie.* Quascunque difficul-  
tes habebis in conscientia, hic admi-  
bilis Calista tibi omnes solvet, & ad  
omnes respondebit.



## REGULA SEPTIMA.

*Dedit illi scientiam Sanctorum,  
honestavit illum in laboribus.*

Sap. 10.

## PARAPHRASIS.

*Deus contulit homini prudenti scientiam  
Sanctorum, qui eam gloriose impen-  
dit negotiis, in quibus lumen hujus  
divina scientia direxit ejus actiones,  
& eum posuit in numerum magno-  
rum hominum*

## REFLEXIO.

**D**IXI, quod una pars tuæ felicitatis  
in hac vita mortali sit esse sapien-  
tem, & una pars scientiæ propriæ ad  
tuam professionem sit Theologia.

Tu fortasse hoc admirationi duces,  
cum tamen jam à longo tempore incepe-  
ris illi studere, & in illa laborare. Primæ  
lectiones, quas audivisti, dum venisti in  
hunc mundum, & primi labores, quos  
habuisti

habuisti in cunis, fuerant addiscere & pronun-  
ciare articulos principalium My-  
steriorum nostrae Religionis Christi-  
anae.

Ita ut quantum te iuvare valeo pro-  
veniendi ad eum felicem statum, de  
quo tibi loquor, & quantum adju-  
re valeo illis instructionibus, quae  
tibi tum temporis datae fuerant, non  
aliud habeam quam hoc verbum; *Christiane*:  
Cujuscunque conditionis etiam  
sis, id quod ab aetate duorum annorum  
tempore orationis ore dixisti, id nun-  
quid dicas ex corde, ita ut id quod  
tibi, perfecte credas. Quia quemadmo-  
dum omnes lectiones mortis sunt inclo-  
sae hoc verbo: *Memento*, ita etiam om-  
nes lectiones Evangelii sunt pariter in-  
clusae huic alteri verbo: *Crede*.

Non imagineris tibi, quod ut fias ma-  
gnus & verus Theologus in Schola  
Christi, necesse sit, cognoscere veritates  
hujus sanctae doctrinae per experientiam  
oculorum aut speculationes mentium  
aut ratiocinia Magistrorum & Docto-  
rum, qui impenderunt suam vitam ad pe-  
netrandum

penetranda hæc secreta impenetrabilia.

Magistri etiam doctissimi nihil certissime sciunt in hac Theologia supernaturali, nisi id quod sciunt per ipsam fidem: Ut igitur idem scias quod illi sciunt, totum consistit in confitendo sincerè & ex corde, considerando per devotas reflexiones illud ipsum quod didicisti à primis tuis annis, & illud quod primæ mulieres, quæ te educârunt eo tempore crediderunt, dum te in fide instruerent.

In tuis quotidianis devotionibus adora cum profunda submissione mentis illas propositiones, quas sacra Scriptura tibi annunciat de Trinitate Personarum, de Incarnatione Verbi, de Resurrectione generis humani: & hinc dum vides hæc Mysteria ineffabilia, corpore prostrato ante Altaria & mente elevatâ cum admiratione & amore enuncia hæc verba: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.* Credo Domine, sed & Adorabilis Magister vitæ meæ, sustine debilitatem & ignorantiam meam per gratiam tuam. Tali modo dico pro certo, eris Theologus suffi-

sufficienter doctus, imò doctior quam  
illi sapientes & superbi Professores, qui  
loquuntur de Trinitate sicut Angeli, sed  
credunt minus, quam tu id, quod pro-  
ferunt & loquuntur.

Firma fides & Symbolum Aposto-  
rum insculptum cordi tuo per diges-  
Sancti Spiritus te elevat in momentum  
usque ad eum statum capacitatis, ad quem  
ipsi Angeli vellent aspirare, si venirent  
hunc mundum, & vivunt nobiscum  
promereantur placere Deo, ponique  
numerus Electorum. Principalis eorum  
occupatio secundum meum iudicium  
esset illa, ad quam ego te invito, nempe  
contemplari & confirmare per constantem  
actus alicujus obedientis & cœci Amari  
prima verba Testamenti JESU Christi  
*In principio erat Verbum; & Verbum  
factum est.*

Non dico hoc ad vituperandam  
& laudabilem curiositatem, quam  
habere, dum es in Ecclesia, audientibus  
quod concionantur de his Mysteriorum  
Theologicis, vel quod desuper  
quantur Docti in suis Conventibus

... familiaribus conversationibus.

Contrarium dico, quod nempe tibi, cuiuscunque conditionis fueris, summe honorabile sit, illos audire, ut & tu in occurrentibus desuper sapienter & doctè loqui valeas. Adjungo, quod quantum propter tuam nativitatem aut ingenium præmines plebi & populo, tantò magis habes aptitudinem concipiendi has eminentes veritates & gratias, aliis istas communicandi, & in conversationibus de illis loquendi,

Est certissimè signum aliquod præminens in persona alicujus qualitatis habere inclinationes contemplandi sublimitatem Mysteriorum nostræ Religionis, & conandi indagare illa quæ abscondita sunt sub parabolis Evangelii & ænigmatibus Prophetiarum. Absque dubio tale cor aliquid altissimi & nobilissimi continet, quod sibi complacet in similibus contemplationibus, quæ sunt gaudia Angelorum.

Notissima sententia Tertulliani (quod anima hominis naturaliter sit Christiana) pertinet particulariter ad animas sublimiores.





miores. Tales animæ sunt illæ quæ nascuntur cum secreto instinctu venerationis etga personam Salvatoris, & cum sancta ambitione se perfectius extollenti per cognitionem magnalium Theologiæ, & magnalium beneficiorum etga genus humanum.

In veritate scimus quod ipse sit, qui nobilitat nostram naturam, & qui ex ultimo statu brutalitatis, quò malitia serpentis etiam infra ipsa animalia infamiora nos cadere fecit, nos infinite elevavit supra omnes bestias, supra Dæmones, & supra ipsos Angelos, nos ponendo in primum honoris locum inter omnes creaturas unius & alterius Orbis.

Dico infinite supra omnes bestias dum in nobis jam à primordio nostri casus in Paradiso, restabilivit usum Sipientiæ, Conscientiæ, bonitatis moralis, & aliorum privilegiorum nostræ nobilitatis, quam supra bestias possidemus; privilegia data ab ipsa natura, perdita per peccatum, quæ ille nobis restituit per gratiam, & quæ nobis redemit per precium sanguinis.

anguinis ipsius Dei , qui exinde est  
noter valor. *O homo erige te ! tanti  
vales.*

Dico pariter infinite supra dæmo-  
nes, dum hos coëgit adorare nostram  
naturam in sua persona, & esse per totam  
æternitatem adoratores Dei Incarnati,  
captivos hominum, etiam Infantium, &  
tot parvorum Martyrum, qui eos vice-  
runt per arma & gratias victoriosas hu-  
jus invincibilis Redemptoris. *Apparue-  
runt humiles mei ; filii puellarum com-  
pulerunt eos.*

Denique infinite supra ipsos Ange-  
los, dum secum ferret in triumpho na-  
turam humanam, & collocaret eam su-  
pra ipsorum Thronum, quem dedit illis  
in celo, ita ut non unus Seraphin nec a-  
lius spiritus etiam primi Ordinis, sed u-  
nus homo illos in posterum regeret, &  
in æternum illorum supremus Rex per-  
maneret, cum hac expressa voluntate,  
ut & cæteri homines associarentur An-  
gelis, & participarent de ipsorum feli-  
citate.

Scimus, quod etiam ipse voluerit, ut  
homi-

homines compositi ex carne & sanguine  
 nati supra terrā cum bestiis, subiecti  
 istæ, morti & putredini; Ipsi pariter  
 homines mortui, sepulti & putrefacti, in  
 annorum spatio, facti horror & infectio  
 mundi, egrederentur ex suis sepulchris,  
 ascenderent in cœlum triumphantes,  
 coronati splendoribus, gloriâ & immor-  
 talitate; ut ibidem ingrederentur cum  
 suis corporibus, & ut pulchritudo illor-  
 um facierum ornatarum gratis Redem-  
 ptionis essent pulcherrimum Ornamen-  
 tum Paradisi, ut denique ibi in cœlo  
 admirabiles apparerent, ut & Angeli  
 honori ducerent, cum illis felicem tra-  
 sigere æternitatem.

Si certò tantum parum aliquid gen-  
 rositatis & animi habemus, non est pos-  
 sibile, hæc omnia scire, & tamen ea in-  
 ferenter aspicere, nec in nobis sentire  
 aliquam illuc etiam perveniendi desiderii  
 commotionem.

Injustissima esset violentia, si quis ve-  
 let, ut erga Incarnatum Deum  
 tum exerceres actus fidei absque libertate  
 te interrogandi Interpretes de miraculis  
 eju

Incarnationis, & de secretis ejus Re-  
giminis, quod vult esse communicatum  
humilibus, absconditum vero Reprobis  
& superbis.

Id quod vituperatur in aliquibus Do-  
minis & Dominabus, aliisque personis  
indiscretè curiosis, est ambitio, sibi ima-  
gnari, satis se esse informatos ad dispu-  
tandum in conversationibus in favorem  
hæresum, sicque se constituere Judices  
& Censores doctrinæ Ecclesiasticæ.

Id quod etiam justissimè vituperatur,  
est temeritas multorum hominum, qui  
nec sufficiens ingenium, nec sufficientem  
voluntatem habent, considerandi aut  
sciendi aliquam rem exactè; sufficienter  
tamen leves sunt, loquendi cum omni  
audacia de omnibus rebus, ita ut scan-  
dalum dent Angelis, sanctis & devotis  
hominibus, qui in eorum societate inve-  
niuntur. Sunt tales homines, qui in pri-  
ma occasione, quæ occurrit, Judicium  
ferunt super aliqua propositione Evan-  
gelii, miscendo inter sacratiores etiam  
veritates certos errores & blasphemias  
sæ ignorantia & vanitatis, faciendo  
cos

eos ingredi in caput simplicium, quod  
illos audiunt & illis credunt.

Scias etiam quidcunque de mysteriis  
nostræ fidei, fac ex iis ad tuum librum  
tibi argumentum tuarum meditationum,  
lecturæ, & studii, sed quantum ad lo-  
quendum de illis, tantum una imponi-  
tur tibi regula, ut nempe sit sapientia  
humilis, & ut in anima tua habeas ex-  
tremum respectum erga tuam Religio-  
nem. Reliquum relinquitur tuæ libertati;  
Quousque fueris in tali statu, reser-  
uatissemè secundum hanc Regulam loqui-  
ris & tacebis.

Ece tres differentes lectiones. Lectio  
Mortis: *Memento*. Altera Evangelii  
*Crede. Qui crediderit, saluus erit*. Tercia  
*Natura: Vide & aspice: Petro Natus  
ut ad coelum & ad terram aspicias*,

Hæc tertia propositio magis elucidabitur  
& apparebit in sequentibus verbis Salu-  
tionis.

## REGULA OCTAVA.

*Mundum tradidit disputationi eorum, ut non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem. Eccl. 3.*

## PARAPHRASIS.

*Deus reliquit Mundum disputationi Sapientum, sed nemo eorum penetravit, per conjecturas, secreta sua Sapientia, quam ipsis noluit esse notam.*

## REFLEXIO.

*Dixi, ut addiscas id, quod lex Naturæ te docet. Ipsa est, quæ te non mittendo ad scholas antiquorum & novorum Interpretum, tibi explicat principaliora Physicæ mysteria; Quod facit, dum monstrando tibi cælum & terram, atque alias creaturas, tibi annunciat quod & illæ sint opera alicujus infinitæ potentia, faciendo te legere*

gere prima verba Testamenti Creatoris scripta super solem & Astra; *In principio Deus creavit caelum & terram.* In principio Deus qui fuerat, creavit id quod nondum fuerat.

Cujuscunque qualitatis etiam & quamcunque excusationem aut negligentia, aut multitudo negotiorum tibi proponere possent, non mitte studere huic Philosophiae honorabilius est, quam scire, & de illa loqui, & nihil facilius quam addiscere. Omnia quae à te expetit, dum tempus tibi superest, aperias & aspicias mundum. *Peto Nate, dicitur ut in caelum & ad terram aspicias, & omnia quae in eis sunt, & intelligas ex nihilo fecit illa Deus.* Mi fili, unam peto gratiam, ut contempler caelum & terram, & ut sinas ingredi tuam mentem illa luminaria, quae secum ingredi scientiam, devotioem & humilitatem.

Aperi oculos Christiane, contemplare & contemplando tres sume prima sit, te ipsum per proprios oculos

nos aspicere, vel per relationem fide-  
 lum testium cognoscere diversas res, quæ  
 Deus formavit in unoquoque elemento,  
 & unaquaque parte hujus Universi.

Secunda sit, considerare per sapientes  
 reflexiones id, quod est rari & admira-  
 bilis in qualitatibus & proprietatibus  
 uniuscujusque rei; id quod terra, flu-  
 vii, fontes, metalla, animalia, plantæ,  
 & aliarum productiones uniuscujusque Pro-  
 vinciarum habent singularitatis & curiositatis.  
 Uno verbo omne id quod hic inferius  
 notatu dignum vident oculi hominum, su-  
 mendo curam hæc omnia sciendi, si est  
 possibile, & formandi in tua mente tan-  
 quam aliquem thesaurum, vel tanquam  
 aliquam impenetrabilem scaturiginem na-  
 turalium curiositatum, quæ occasionem  
 dabunt illis, qui te audient, dicere id  
 quod antiquitus de aliquo magno Rege  
 dictum fuit: *Impletus est quasi flumen sa-*  
*perientia*: quod nempe in conversationi-  
 bus exeat de suis labiis unus fluvius sci-  
 entiarum, & una infinitudo pulchrarum re-  
 rum, quæ illos rapiunt in admirationem.

Tertia sit, notare in unaquaque harum

Liber II.

d

ad-



admirabilium & differentium raritatum, Al  
 differentia signa Potentia & Pulchritu  
 dinis Dei; & hæc notando, fines proce  
 dere cor tuum ad dulcedines, & acco  
 ctus suæ Gratia, qui te usque ad illu  
 elevabunt, & in his admirationis & a  
 moris raptibus exclamare facient con  
 Davide: O Domine, ô Deus Deu  
 rum, quam es admirabilis, quam subli  
 mis & incomprehensibilis in tuis cogita  
 tionibus, quam profundus in tuis inveni  
 tionibus, quam potens in tuis actioni  
 bus! quam es magnificus, amabilis, &  
 adorabilis! *Potentiam tuam, & inveni  
 tiam tuam usque in Altissima, qua  
 sti magnalia: Deus quis similis tui?*

Ecce characterem veræ Philosophia  
 terminandi suas speculationes per ad  
 Amoris divini, & per incrementa sci  
 entia.

Character verò falsæ & corruptæ Phi  
 losophia est terminare suas specula  
 nes per incrementa præsumptionis  
 ignorantia, & reddere Philosophia  
 magis superbum & cœcum, quam  
 rat antequam studisset.

Alia iterum differentia harum duarum Philosophiarum ita contrariarum, est, quod illa ad quam addiscendam ego te invito, occupetur circa contemplationem & admirationem ejus, quod Deus nobis monstrat de suis operibus, & quod altera occupetur circa voluntatem videndi id, quod Deus non vult, ut videamus, & quod nostris oculis debet esse absconditum.

Mirabilis res! Sapientia divina abscondit in suis productionibus certa secreta, quæ judicavit inutilia esse, ut illa sciamus; Philosophi verò hujus ultimæ Scholæ sumunt sibi labores ea rescindi, & hoc quidem pro pœna, quòd Deus permittat, ut hunc laborem sibi sumant, & se puniant ipsimet, dum vitam suam transigunt currendo in aliquo obscuro labyrintho, & quærendo id quod nunquam invenient.

Revera hoc quærent; nam omnes labores suorum studiorum diu noctuque tendunt, ut contentur visum suum usque ad medium existentiarum ducere, & usque ad fundum substantiarum; ut inveniant, quæ sint hæc secreta myste-

d a

mysteriosa Creatoris, studio abscondit  
 sub æternis obscuritatibus, ut dicat  
 quid de illis sentiant, & postea defra-  
 dant id quod de illis dixerunt, & quom-  
 admodum ponunt mundum in medio  
 eorum, sumunt sibi laborem, per hoc  
 conflictus academicos honorem obte-  
 nendi unus super alterum, quod melius  
 divinaverint, & melius cognoverint et  
 iam contra ipsam voluntatem Dei, et  
 tiones & causas sui Regiminis & my-  
 ria suæ Providentiæ.

Propterea Salomon pronunciauit  
 morabilia verba citati textus. *Mundum  
 tradidit disputationi eorum.* Deus  
 relinquit Reges agere, & exercitus con-  
 tum millium hominum circa aliquam  
 civitatem, aut aliquam particulam ter-  
 ræ; relinquit pariter agere integrum  
 Collegium Doctorum ratione abstru-  
 athomi, & permittit ut hi homines  
 pientes cum pertinacia jam à tribu-  
 quatuor mille annis velint concipere  
 visibilitatem absconditam in puncto  
 cuius actus, aut causam motus Sæculi  
 vel Oceani, dum tam regulariter ag-  
 tur, v  
 bus; A  
 ab uno  
 vel an  
 maru  
 lum,  
 minia  
 nos m  
 omnes  
 res, &  
 hoc U  
 nis au  
 imagin  
 misceat  
 tum be  
 & inqu  
 vanitas  
 num c  
 sarrum  
 perbia  
 vincan  
 int ver  
 Pule  
 quod P  
 necè in  
 mandu

ur, vel motum Animalium in suis cur-  
bus; An sit una grandis Anima extensa  
ab uno angulo mundi, usque ad alterum;  
vel an sit una multitudo parvarum ani-  
marum indivisarum, cæcarum & volati-  
lium, quæ ubique circumvolant, quæ o-  
mnia movent, & quæ per suos perpe-  
tuos motus producant omnes actiones,  
omnes clangores, lucem, colores, odo-  
res, & omnes figuras, quæ apparent in  
hoc Universo absque aliquo usu ratio-  
nis aut aliqua intelligentia, vel aliqua  
imaginatione, aut vita, quæ se illis im-  
miscat. Omnia hæc, exclamat Salomon,  
tam bene quam labores ambitiosorum,  
& inquietudines ac curæ avarorum, sunt  
vanitas vanitatum, infirmitates homi-  
num cum pertinaciâ obediendi Somniis  
suarum passionum, & somniis suæ su-  
perbiæ, transigendo suam vitam, ut con-  
vincant alios homines, quod somniave-  
rint veritatem.

Pulchrum dictum Sancti Augustini,  
quod Pythagorici, & Democratici se tam  
sece in suis cubiculis applicent ad for-  
mandum suas speculationes & particu-  
lares

lares stultitias, ut convenient postea in suis congressibus & collegiis, afferant sibi in suis disputationibus unus alter, quod sint stulti.

Disputa cum illis super illorum propositionibus & thesibus, vel potius crece te cum illis pro recreatione & detractione tuorum seriorum laborum.

Non possumus negare, quod aliquis homo prudens sit sapiens, dum ita disputat cum aliquo Amico, non praesumendo aliud, quam se exercendi, & causandi tali Amico pœnam se defendendi, vel ipsum constringendi ad relinquendam aliquam inadæquatam sententiam. Sed non crede, quod taliter disputare, ludere, aut joculari sit esse magnos Philosophos. Hoc revera perfecte nunquam erimus, quam Philosophia Angelorum in Cœlis est hic in terris noster labor, & Philosophia hominum noster lusus & nostra detractione.

## REGULA NONA.

*Curam habe de bono nomine ; hoc enim magis permanebit tibi , quam mille thesauri pretiosi & magni. Eccl. 41.*

## PARAPHRASIS.

*Inter omnes res , quas possides , habe curam singularem ejus quod diutius quam tua vita durabit , & ad te etiam pertinebit post mortem.*

*Mors transferet tuas divitias in alienas manus ; series annorum destruet tuam domum , & dissipabit tua opera. nihil te in caelum usque sequetur , quam tua sancta actiones , & nihil remanebit super terram , quam reputatio quam acquisivisti per prudentiam tui Regiminis & bona exempla , quae ibidem reliquisti. Labora constanter , ut te redas in illis locupletem , quantum poteris , ut moriaris cum hac consolatione , quod dum venisti in hunc mundum ,*

d 4

inve-

*Consilia Sapia,  
inveneris honorem & reputationem  
in tua familia, & moriendo eandem  
non amiseris.*

REFLEXIO.

**C**uram habe de bono nomine. Dum de te in conversationibus bene loquitur, aut populus te laudat, & in civitate aliquam reputationem habes, nihil inde præsumas, si hoc provenit ex sola fortuna, & adhuc minus, si provenit ex amicis aut factione Amicorum, qui tibi honorem & reputationem tribuunt, & qui per suas interessatas laudes, & officiosa mendacia fatagunt aliis fidem facere, quod sis Vir magnus & excellens. Sed verò hoc provenit ex benedictione Dei, qui disponit hominum mentes tuam estimare personam, & notare ea, que in tuis actionibus sunt laudabilia, habetque jus reputationis curam singularem, & crede quod debeat poni inter boniora.

Conserva eam familiarissimè, si curam debes, sed non considera eam tanquam

terminum tuæ spei, & tuarum intentionum.

Nam scire debes, quod hæc reputatio sit tua umbra, & quod non possis tuos oculos & tuas cogitationes ad ejus partem figere, quin simul eos avertas à tuo Sole, & hujus lucem perdas.

Nihil gloriosius est homini adspiranti ad cælum & progredienti in viis justitiæ & innocentie, quàm associari laudibus populi, & famæ acclamationibus; sed pudenda res esset, sequi illas umbras, & ut hæc essent, quæ te ducerent ad id, ad quod obligaris, & tui cordis forèt motiva.

Uno verbo tibi clarè dico, habere curam tuæ reputationis non est velle, ut homines te æstiment & te laudent; Sed nihil facere quod non placeat Deo, & quod non mereatur amari ab hominibus, & approbari ab eorum conscientia. Hæc debet tibi esse res indifferens, ut homines & Angeli laudent tuas actiones; verum applicare debes omnem curam, illas tam bene perficiendi, ut dignæ judicentur laudari in cælo & super terram.

In effectum & actu vides, quod illi super  
d 5 thronas



thronos Regnorum & Ecclesiarum elevati Principes sint illustriores, qui in suis captis & actibus non sibi proponunt in agere, ut vox publica nationum ipsorum tantum sit favorabilis; sed ita agunt, & quidem tam gloriosè id, quod agendum habent, ut mundus cui placere non cogitant, sumat sibi delectamento, omnia que agunt, indagare, scire, & admirari.

Differentia hæc est, quod ambitiosi in suis actionibus heroicis quærant satisfactionem & gaudium laudari à spectatoribus; Alii autem hanc satisfactionem quidem etiam habeant & videant, sed tamen eam non quærant, cum habeant illam dulciorem & honorabiliorem, quam illos alieit & confirmat.

Imitâre illos in tua Proviueia, qui in eodem honorabiliore loco & majori gratia frueris. *Curam habe de bono nomine, si dignus es nomine alicujus Nobilis, cui pariter curam geras tui honoris.* Hæc cura non consistit in eo, ut velis laudari aut irasci illis, qui tibi honorem denegant aut vituperant, sed tibi ipsi irasci, quando aliquid vituperio dignum committis. *Causa tuæ cholæræ & perturbationis*

mi non sit, quod resciantur confusi & im-  
morigeri actus tuæ vitæ, sed quod tu ip-  
semet tam longo tempore jam illos suffe-  
ras, & necdum tibi displiceant. Non indi-  
gnè feras illos, qui eos vident, & de iis lo-  
quuntur, hujus enim libertatem habent  
& independentem à tuis minis & lamen-  
tationibus. Tua conscientia, Cœlum, &  
Populus, sunt tres testes, quos cæcos fa-  
cere, aut illis silentiam imponere nun-  
quam nec jus nec potentiam habebis. Ipsa  
criminalis persona est in te ipso. Ipse tuus  
Animus est, qui per suos scandalosos erro-  
res denigrat suum respectū & reputatio-  
nē. Quando intam deplorabili statu ante  
oculos horum trium formidabilium spe-  
ctatorum appares, & quando erubescis,  
quod videaris, non accusa illos qui te vi-  
dent; deplora tuam cæcam ambitionem,  
quæ vult ut habeas primum locum in  
Ecclesia, & ut unusquisque te aspiciat,  
quamvis taliter sis diffamatus, ut te osten-  
dendo, ostendas in tua persona aliquod  
objectum horroris. Quia ambis magni-  
tudinem & Nobilitatem, sis etiam Nobi-  
lis, & imitâre illos, qui reverà tales sunt.

d 6

Imi-

Imitâre illos tu, qui es in officiis, & compares in tribunalibus. Recordâre, quod nihil sit infamius, quam ibi comparere absque honore, & nihil ridiculosius, quàm ibidem velle honorari. Non quære ibi honorem, sed taliter opere, ut hunc ibidem invenias. Combina hæc duo simul.

Videtur quidem quod nec Angeli, aut saltem difficulter possint hoc facere, cum tamen hoc sit tuum maximum, non tamen difficillimum negotium. Omnis difficultas, sicut modò dixi, consistit in eo, ut in tuo officio ad bene regendas tuas intentiones & cogitationes nihil opereris pro obtinenda sola æstimatione & honore hominum; sed etiam nihil agas, quod illos non obligat tibi sine omni honorem conferendi.

Dum recusas committere aliquam iniustitiam, & eligis potius perire, quam tradere aliquam innocentiam, & in favorem alterius eam vendere, aut hoc committere, si aliqua violentia te vellet constringere, non responde tibi, sicut Cato: Quid diceret Roma

de mea perversa ignavia? Responde sicut Judas Machabæus : si ob metum succumberem, quid diceret Deus, qui mihi prohibet scandalizare patriam, & extinguere gloriam nostrarum miraculosarum victoriarum per aliquam vituperosam actionem? Absit ut fugiamus ab iis, moriamur in virtute nostra.

Cato moriendo cum ea spe quod Respublica in æternum laudabit suam actionem, factus est martyr Reipublicæ; In talibus occasionibus redde te Martyrem Dei viventis : defende tuum honorem cum animositate & fortitudine invincibili, & sustine eum usque ad mortem; non ideò quia est honor tuus, sed quia inseparabiliter est annexus gloriæ Dei pro ædificatione populi, pro conservatione boni publici, & pro interesse Religionis.

Uno verbo, in hoc punctum & cardo consistit, ut id faciamus, quod dignum est placere hominibus, & ut placendo hominibus nihil faciamus, quam quod placet Deo.

Et sic quisunque etiam sis, qui vivis  
d 74 inter

inter homines expositus oculis cæli & terræ , ad occursum diversarum personarum , quæ veniunt flentes ad tuos pedes , & petentes justitiam suarum causarum , attende ne per fallaces minas , & per alias inventiones mendaciorum ac vanitatum attrahas tibi confirmationem & approbationem eorum, qui ad te veniunt , eos politicè obligando, ut te æstiment pro homine honorato, & probata vitæ. Exerce tuum officium secundùm Regulas conscientia , ut cum tuis obligationibus civilibus & Christianis satisfacias Deo; simul fac istas cum taligritia , ut quaecunque etiam lucrum ex suscepto negotio sperare possis , plus reputationis quàm pecuniæ recipias , ita ut cum nemine agas , qui non habeat satisfactionem in tuo modo agendi absque complacentia probitatis , quæ apparet tua facie & tuis discursibus.

Compara tibi bona , & lucrâre amorem hominum; hoc Deus vult : Sed in his felicibus successibus habe semper mentem tuam elevatam in Cælum. In unaquaque actione & occasione, dum

dis laudes prosperitatis tuorum tam sapi-  
entum & virtuosorum actuum, adspira  
ad Deum solum, & retine sculptam in tua  
anima eam sententiam, quam Otho Ma-  
gnus semper habuit ante suos oculos,  
nempe: *Umbram meam felicitatis est, place-  
re hominibus; & mea vera felicitas est,  
placere Deo.*

Hæc vera est reputatio, quæ fortuna-  
tum reddit hominem, & quæ stabilit ho-  
norem & pacem in omni domo, in qua  
videmus eam stabilitam.

Tu qui non es, quàm aliquis Opifex  
aut Civis miserabilis, habe ad minimum  
tantum reputationis, quantum bono-  
rum, absque cura quid boni aut ma-  
li de tua persona loquantur, vive ta-  
li modo, qui obliget tuos vicinos,  
omnes qui te cognoscunt, honoratè  
de tua persona loqui, & de tuis o-  
peribus bona sibi exempla sumere.  
Hoc redundabit in ædificationem No-  
bilium & tuorum Dominorum, quam-  
vis superbiorum & ambitiosorum,  
qui in fine obligabuntur confiteri,  
quod sis homo honoratus, & mul-  
tò

tò plus quàm illi , cùm minus habeant conscientiaë , & minus regimini in suis passionibus. Emitur sepe nobilitas, sed animus nobilis, & nomen honorati Viri nunquam emi poterit. Hoc enim meretur , quàm per modestiam faciei, per sinceritatem loquelæ , per sapientiam judiciosi Regiminis , & per inviolabilem Fidelitatem. *Curare habet de bono nomine : hoc enim magis peruenit tibi , quàm mille thesauri pretii & magni.*

## REGULA DECIMA.

*Coacervavi mihi argentum & aurum , & substantias Regum & Provinciarum : Omnia qua desideraverunt oculi mei, non negavi eis : & vidi in omnibus vanitatem , & afflictionem Animæ.*  
Eccl. 2.

## PARAPHRASIS.

*A juventute mea scivi , quod natura do-*

ceat homines , qui veniunt in hunc mundum , ut solummodo felicitatem querant ; quasi vi eandem , & omnia possibilis feci , ut rescirem ubinam esset.

Informavi me apud Principes , qui felices estimabantur : scivi eorum mentem & opinionem , & consideravi illorum Regimen ; Vidi eorum exempla , & ipsi me viderunt : unus alterum sequebatur ; & denique ego notavi , quod & illi , & ego curramus super terram , fugientes pœnas quas ubique obviam habuimus , & quarentes aliquod bonum , quod non nisi in caelo reperitur . Postquam è domo mea eieci omnem paupertatem , infirmitates & bella ; feci intrare omne quod Indi , & Arabes , & Reges Europa & Asia possidebant pretiosi in suis thesauris . Coacervavi divitias & voluptates uniuscujusque nationis , cum ea spe , quod & felicitas cum illis inveniretur ; Ista tamen non apparuit , omne , quod inveni non invenivit pro alio , quam pro hac quaesita felicitate magis elonganda , & me affligen-



*affligendo, Vidi in omnibus vanitatem  
& afflictionem Animi.*

## REFLEXIO.

**M**ala est Regula, dum quærimus mo-  
dos nos reddendi felices, ita rem  
aggredi, ut nobis nihil amplius malire-  
maneat, & ut in posterum nihil aliud ne-  
gotii in mundo habeamus, quam frui  
nostrâ felicitate.

Salomon hoc aggressus est, & felicitatem  
ter obtinuit, sed brevi sibi condonavit.  
*Omnia quæ desideraverunt oculi mei,  
non negavi eis. Dedi cordi meo om-  
nia delectamenta, quæ expetiit nihil  
excepto. Res mirabilis! in momento  
quo nihil amplius ipsi defuit, incepit  
infelix; & hæc dulcedines tam desiderata  
factæ sunt ipsæmet ejus amaritudo & dol-  
or.*

Non præfigures tibi Christum  
quando pervenies eò, quò per  
longos annos anhelas, & quando  
amplius habebis quod desideres; quod

vanitatem nullam amplius conquerendi causam sis  
habiturus : lamentaberis adhuc semper ,  
& senties quod sit magnum malum , non  
habere amplius aliquod desiderium aut  
aliquam intentionem. Inter miserabiles,  
& compassionis digniores sunt illi , qui-  
bus fortuna nihil aliud negotii reliquit ,  
quàm frui primo favore quem ipsis con-  
tulit , & se retinere in illo felici & florido  
statu , ad quem ipsa illos statim firmavit ,  
& quem nemo ipsis disputat.

Videtur in effectu , quod tranquil-  
litas nostræ mentis non consistat in  
hæc vita mortali possidere sperata & ex-  
pectata bona , sed acquirere , & vi-  
dere ea intrare in nostras manus ; sta-  
tim quo recepta sunt , incipiunt nobis  
displicere , nisi iterum aliam spem fa-  
ciant renascendi. Postquam longo tem-  
pore cucurrimus , & diu suspiravimus , ut  
perveniamus ad aliquem gradum hono-  
ris, omne nostrum gaudium est, quando  
illuc pervenimus : Post duos dies quando  
obtinuimus id , quod prætendebamus ,  
nostræ

nostræ passiones nos ducunt ad aliquam  
novam prætensionem. Oportet certe  
illis obedire, vel saltem, quod tamen est  
tormentum insupportabile humani cor-  
dis, videre quod diu noctuque affligi-  
mus nostræ tranquillitati, & tædio nobis  
sit usque ad ipsam mortem hic pacibi-  
bilis & perpetuus usus ejusdem semper  
felicitatis. Nam melius est laborem im-  
pendere, ut reprimatur aliquod malum  
supervenienti, quam frui in ignavia al-  
quo bono acquisito.

Verum est id quod dixit Seneca, quod  
certus in nobis inveniatur pruritus, qui  
odit nostram quietem, & qui vult ut ip-  
met nos affligamus & novas nobis con-  
feramus pœnas.

Quæritur unde hoc proveniat. Error  
est, ideò accusare fatum vel capiositatem  
nostræ levis & volatilis imaginationis.  
Veritas secundum sensum Patrum spiri-  
tualium est, quod hæc pertaxa levitatis  
mysteriosa fastidia felicitatis nostræ veni-  
ant ex instinctu secreto notato in no-  
stra anima cum imagine creatoris. *Tan-*  
*quam fecit Deus hominis naturam,*

*malè sit ei, non esse cum Deo.* Nostra anima, dicit S. Augustinus, est tam excellens & divina, & taliter formata ad possidendum Deum, ita ut statim, quo hic ab illa est absens & separatus per peccatum, illa necessariò sufferat aliquam solitudinem, & inexhaustibilem mortalemque languorem cum una desperata fame. Sed quid desiderat talis anima? Hoc ipsa met nescit: scit solummodo quod sit crudeliter degustata, & fastidiat omnes res, quæ ipsi præsentantur, & quod ipsius fastidium sit desiderium extremum & violens alicujus boni, quod ipsi non præsentatur.

Ad ipsam contentandam & sanandam mutas tam sæpe remedia, & quæris ipsi nova negotia & diversa oblectamenta propria morositati talis animæ melancholicæ & fastidiosæ. Ipsa hæc gustat, & videtur, quod in iis statim sibi complacet, & quod tales novitates ipsam solentur, sed accessus ipsius infirmitatis brevi redit; inopinatè iterum incipit lamentari, & oportet ut tu iterum incipias quærere nova remedia. Tu hæc quæris, laboras, congregas bona & cum iis implet tuam

tuam dōmum , monstras animæ  
 hanc abundantiam , & dicis ipsi  
 quod dicitur : Vide & requiesce. *Ani-*  
*ma mea habes multa bona congrega-*  
*ta in annos plurimos , requiesce.* Mei-  
 nima ! ecce ante nostros oculos , & in  
 nostris manibus omnia quæ desiderare  
 possumus in hoc mundo : sis contenta  
 & consolata : Hæc verò anima in-  
 consolabilis loco consolationis & gratulatio-  
 nis tantum per lamentationes tibi respon-  
 det. Et postquam gustasset hæc non  
 remedia , & vidisset hæc officia & con-  
 silia alias novitates tam charas & pre-  
 ciosas , omnia reijcit cum dedignatione  
 & exclamat : *Cuncta vanitas est afflictio-*  
 *spiritus.* Bona hujus terræ , divitiæ & ho-  
 nores , omnia hæc vanitas vanitatum , &  
 afflictio , & desperationes.

Non mirare ; Anima immortalis , qui  
 sentit violentiam suorum desideriorum  
 & quæ sentit , quod ultra hæc be-  
 na , quæ ipsi monstras , necessitas  
 adhuc sit una infinitudo aliarum deside-  
 rabiliorum infinitudinum ; quando  
 quod oporteat requiescere & contentam

esse cum illis quæ videt in tuis manibus,  
 quod in cælo nihil amplius sit quod  
 speret, qualem opinionem poterit illa  
 habere? qualem aliam poterit illa sume-  
 re resolutionem, quàm se tradere inque-  
 ritudinibus, fastidiis, & omnibus miseriis  
 animæ conscientiaæ desperatae?

Hoc certo non provenit ab una capi-  
 tosa melancholia in te efformata, sed ab  
 una secreta scientia quæ tecum est nata, &  
 in tuis perpetuis desideriis sumit tempus  
 tuæ animæ notificandi, quod dum ipsa  
 est separata à Deo, omnis ipsius spiritua-  
 lis & divina substantia non sit alia res,  
 quàm aliquod extremum malum, quod  
 ab hoc tempore incipit esse insini-  
 tum, & in inferno infinite sentietur.

Ecce pacem internam, quam produ-  
 cunt magnæ divitiæ. Sed sapientia per  
 calamum Salomonis aliter nos docet lo-  
 qui de mediocribus divitiis.

REGU.

## REGULA UNDECIMA.

Mendicitatem & divitias ne de-  
ris mihi. Prov. 30.

## PARAPHRASIS.

Nec mendicitatem nec multitudinem di-  
vitiarum, dicit Salomon. Hanc  
meo, illam non horreo. Una conditio  
homines ad atheismum, altera trans-  
format in bestias, & ex illis facit  
probrium generis humani. He  
due abyssus excavata super terram,  
sunt due magna porta ad infernū: Sa-  
ti currunt caece ad unam & ibidem  
precipitantur per suas profusiones: Sa-  
perbi & avari adspirant ad alteram  
& damnantur laborando diuina  
ut illuc perveniant.

Vera quies invenitur in loco, ubi habet  
sapientia in medio. Ex omnibus  
bus vita humana securior, honorio-  
rior & dulcior est, vivere inter abun-  
dantiam & indigentiam, & tam long-  
que, quam possibile sit, ab unius & ali-  
rius extremitate.

REFLE

Liber

REFLEXIO.

**A** Principio mundi crediderunt, & adhuc hodie credunt, quod felicitas hominum in hac vita mortali consistat in possessione magnorum bonorum. Plerique videntur habere alias opiniones in hora mortis, & loquuntur tanquam personæ per illas perfectissimè deceptæ: sed quidcunque denique sit, inter illas personas, quæ per medicinas reconvalescunt, paucas invenimus, quæ non in antiqua persistant opinione.

Regula illa, quod homo, quantò est dicitur, tantò est felicior, tantum est affixa cordi nostro, quantum ipsa vita. Oportet ut quis sit mortuus, dicit sanctus Augustinus, ut addiscat vilipendere id quod hic inferius adoramus. Contemptus divitiarum est prima mutatio, quæ generatur in nostra mente, dum eximus mundo, & intramus æternitatem.

Prævenias illam ab hodierno die, & addisce has veritates, quas non minus sci oportet Christianos in Ecclesia Jesu Christi, sicut illas sciunt in inferno damnati, & ipsi dæmones.

Liber II.

e

Judi-



Judicium quod inspiravit coelum sapientioribus inter homines est, quod si volumus esse felices in hoc mundo, debemus nos semper tenere medios, ut nec divites nec pauperes simus, nobis nihil desit, nec etiam aliquid superfluum habeamus, & ut liberi ab inquietudinibus abundantiae & indigentiae inseparabilibus vivamus in pace & quiete per terram nostri boni regiminis, ut denique longos annos unius vitae tranquillae & votae possimus progredi ad aeternam tam infinite desiderabiliorem.

Pone te desuper in ordinem. Summe te labores necessarios ad te stabilient in hac felicitate non habendi nec nec minus, quam sufficiat personae conditionis. Conare possidere satietatem honorum, ut possis transigere tuos honorem & quiete, & acquirere erga ipsum, & erga tuos domesticos obligationes indispensabiles justitiae & sapientiae Christianae. Habeas satis pro his satisfaciendum tuae ambitioni & aliis bonibus.

Passiones sunt quidem apud te , sicut  
furiae somno sopitæ , & incatenatæ per  
virtutem , sed quæ expergefiunt ad so-  
nitum auri. Incipiunt clamare impor-  
tunè & obstrepere contra suas catenas ,  
dum sentiunt te habere in tuis arcibus  
modum eas compefcendi. Pecuniam  
quam numeras , & quam vident in tuis  
manibus , pellit illas in furorem , nec  
volunt redire ad sapientiam , quàm  
dum eris in impotentia illis placendi.  
Redde te pauperem per tuas Eleemo-  
synas , ut hæc impotentia gloriosa sit  
exemplum , & hæreditas quam relin-  
ques tuis prolibus : unico verbo acci-  
pe pro tua Regula : *Nec mendicitatem,*  
*nec divitias* : nec nimium nec nimis  
parum. Hæc sunt duo mala æqualiter  
vicina ultimæ infelicitati , quæ ingre-  
dientes domum nostram denotabunt  
nobis illum funestum characterem , qui  
nunquam possit apparere in frontibus ho-  
minum.

Non expecta scire miseras alicujus  
carce-

carceris per propriam experientiam, accipe ejus informationem dum es in libertate; sufficit habere oculos & contemplari vitam pauperum & divitum ad discendum, quid sit esse sicut illi.

Recordare quod si fueris in numero personarum quæ inopinatè fiunt divites, & magnorum Dominorum titulis honorantur, omnis tua Superioritas supra alias personas mediocris fortunæ erit, quod diu noctuque habebis plura obstacula importunitates circa te, plures adulteres in tua mensa, plus vanitatum & flatteriarum in tuo apparatu, plus inutilitatis in tua suppellectile, plus stridoris in tua domo, plus conturbationis & inquietudinis in tua mente, plus furoris in passionibus, plus peccatorum in tua conscientia, & plus doloris in tua mente.

Cum omnibus millionibus, quos possidere poteris, non poteris emere aut secundum corpus, & dum tantum numerum corpus habes, non indigebis civitatibus, nec tribus mensis, & minus huc sexaginta manibus pro tuis servis.

Hæc multitudo curarum & expensarum erit tantum utilis aliis personis, quas nutris domi tuæ, & invenies quod Sapiens valde bene dixerit, eos qui laborant, ut divites efficiantur, laborare minime pro se ipsis.

Denique ut melius intelligas veritatem harum propositionum, sis Judex alicujus processus, qui ortus est olim inter aliquem miserabilem mendicum & hominem ex opulentioribus: *Pauper & dives obviaverunt sibi.* Hi quâdam die sibi obviaverunt, & occasio voluit, ut in presentia alicujus magnæ societatis disputarent de superioritate suæ utriusque conditionis, quæ nunquam alias in comparationem venerunt.

Pauper sustinuit, suam conditionem esse præferendam, volens hoc taliter probare, ut dives id ipsum confiteretur & ipsemet agnosceret. Interrogavit hunc, quis esset dulcior aut suavior status, minus pudendus, & magis exemptus à curis & inquietudinibus: habere curam quærendi panem pro se solo; vel quærendi pro sexaginta & centum personis?

Nihil recipere quàm per eleemosynam, vel nihil possidere quàm per latrocinia?

Morderi à pulicibus, aut comedenti centum & amplius servis, quibus nullum aliud est negotium domitux, quam tuam rodere mensam, & qui, si nihil tibi remanet, proijciunt ossa bestiis, & derelinquunt tuum interesse furori & avaritiæ tuorum inimicorum te potentiorum.

Tractari ut nequam, & accusari de ignavia ab aliqua avara cive, quæ tibi negat eleemosynam: aut verò tractari prædo & concussor ab una miserabili Provincia, & audire vocem sanguinis & chrymarum unius desperati populi, qui clamat pro vindicta in cælum contra te, & qui te vocat Parricidam.

Denique an sit magis timendum damnari propter peccata bestiarum, aut propter peccata Dæmonum, & quis de duobus Atheis rudius tractabitur in inferis, an ille qui non cognovit Deum in afflictionibus, an ille qui eum non agnovit in suis prosperitatibus & in mediocritatibus vitiarum?

Non rescivi decisionem hujus disputa-  
tionis: Sed Salomon dicit, quod unus &  
alter status sit periculosissimus ex omni-  
bus statibus vitæ humanæ, & quod ex  
duabus viis, quæ ducunt ad unam perpe-  
tuam infelicitatem, optima tantum, quan-  
tum altera valeat. Quidam ex interpreti-  
bus adjungit, quod quasi nullæ aliæ per-  
sonæ in inferno videantur, quàm illæ quæ  
fuerant nimis divites, aut nimis paupe-  
res.

Voluntaria paupertas inspirata per de-  
votionem, & sustentata per gratiam plus  
valet quàm omnes thesauri, & est via re-  
ctior & felicior ad cœlum. In hac via cæ-  
lesti videtur magna multitudo Religioso-  
rum & Sanctorum exemplarium ac conne-  
xorum imitationi Jesu Christi.

Divitiæ sapienter directæ & impensæ  
cum justitia & charitate Christiana est a-  
liæ via, quæ longè & procul ducit ad san-  
ctitatem, sed difficilis ad sequendum.

Illi qui ab ea non aberrant sunt Electi  
ducti ad magnas actiones per fortissimam  
& divinissimam victoriosarum gratiarum  
Jesu Christi.

Tam pauca bona , quàm etiam habeas , postquam distribuisti quantum debes tuæ familiæ , & tuis prolibus ; recordare quod Amicos habeas , qui tibi in necessitate serviverunt ; Pauperes qui à parte Dei ad te veniunt , Angeli Custodes , qui petunt aliquam parvam portionem pro Ecclesiis de divitiis quibus Deus te donavit. Fac ex his parvas portiones , si non sit possibile melius facere ; nihil interest ; eris enim tam magnus Sanctus quàm illi Domini & Domina , quæ magnificè charitates faciunt & distribuunt. Hæ parvæ portiones , tam parvæ quàm etiam sint , habent coram Deo magnitudinem & idem pretium , quàm considerabiliores Eleemosynæ. Hæ liberalitates tam differentes in terra æqualiter recondensabuntur in Cœlis.

## REGULA DUODECIMA.

*Magnificavi opera mea : adificavi  
mibi domos : supergressus sum  
omnes , qui ante me fuerunt  
Eccl. 2.*

## PARAPHRASIS.

*Edifeavi palatia, congregavi divitias,  
 possedi magna bona, officia, dignita-  
 tes, vixi magnifice, & mea fortuna  
 causavit Zelotipiam ambitiosissimis:  
 sed in fine inveni, quod haec omnia non  
 essent nisi vanitas & afflictio, & aliqua  
 mens solida & illuminata à vera sapi-  
 entia in illis nunquam inveniet pacem  
 sui Animi.*

## REFLEXIO.

Prædestinatio te fecit nasci in aliqua  
 domo potenti & divite, & si Providen-  
 tia velit, ut vivas in splendore & in altis  
 gradibus, vive, sed non dam-  
 nare. Consilia quæ te hunc statum co-  
 noscere faciant, & modi tibi dantur, cum  
 tibi te sapienter in illo regere valeas.  
 Quis, quem tibi propono, est, ut fa-  
 ctum in memoria habeas verba Salomonis:  
*vanitatum.* Diversimodè hæc  
 applicantur: punctum consistit in pene-  
 trando vero sensu; si est difficilè hunc a-  
 perire,



perire, est tamen semper multæ utilitatis  
illum quarere. Discurre tecum desuper,  
& recipe te aliquando ad solitudinem,  
ad audiendum quid cor tuum desuper lo-  
quatur. Sensus & opiniones, quas hec  
solitudo tibi inspirabit, plus valebunt, &  
tibi proprioeres erunt, quàm illæ quæ in-  
veniuntur in libris; Id quod ex mea parte  
tibi desuper dicere habeo, non est ni-  
micū verbū, quod rogo velis considerare.

*Vanitas vanitatum.* Credo quod Sa-  
lomon velit dicere, te esse errorem & va-  
nitatem mundi, & mundum pariter esse  
tuum errorem & tuam vanitatem. Tu  
illum decipis & ille te decipit. Tu ma-  
dum glorificas de suis submissionibus,  
suis respectibus, de suis assiduitatibus  
ibi honorem demonstrandi. Ille vero  
glorificat de tuis favorabilibus aspectibus,  
& bona spe, quàm ipsi de tua pro-  
tectione sperare facis.

Tu & ipse scitis fatale illud secretum  
impediendi, ne unus cognoscat alius  
perversam proditionem, priusquam  
horâ, in qua peribis, & ubi non amplius  
est remedium tuæ infelicitatis. Dum

dum vides ad tuos pedes, & consideras eius  
adorationes & juratas ceremonias,  
tibi perpetuò velle esse fidelem, putas te  
videre unam fidelitatem & amicitiam,  
quæ durabunt diutius, quàm ipsa mundi  
tempora; sed post tres dies, dum fortuna  
de gustata de te & de tuis servitiis tibi sig-  
nificat decretum suæ disgratiæ, videbis  
talem adoratorem currere ad tuos inimi-  
cos adorandi eosmetipsos, & adulari no-  
vis favoritis hujus inconstantis fortunæ,  
interim dum illi destruunt tuam domum.  
Sic pariter mundus, quando te videt  
hodie in aliquo palatio in medio unius  
multitudinis personarum, quæ adspirant  
ad felicitatem tibi loquendi & tibi pla-  
cendi, & quando considerat, quod per u-  
nicum ictum oculi favorabilis gaudium  
paris omnibus circumstantibus, putat se  
videre potentiam capabilem sustinendi  
tuam domum, & reddendi suam do-  
mum semper felicem, inde judicat,  
quod oporteat mereri & emere tuum fa-  
vorem quocunque pretio, & impendere  
eisdem omnia bona, ipsamque vitam. O  
cæcitas! Hic idem te videns intra spatium

trium dierum in sepulchro , pudore confusus , se interrogat , an hæc sit illa petredo & congeries pulveris supra quam stabilivit suas spes & intentiones ? an hoc sit illud idolum , quod adorabat , & quod illum constitit tot oblatjs & sacrificijs ?

Uno verbo cùm secundùm testimonium tuæ Conscientiæ , tua persona non sit alia res , quàm congeries falsarum promissionum , falsorum Juramentorum , falsarum amicitiarum , & falsarum devotionum ; & cùm aliundè mundus secundùm suas quotidianas lamentationes , nihil aliud ex sua parte sit quàm Deceptor , qui te decipit ; nonne verum est secundùm veritatem sancti Spiritus , verum nomen hujus mundi esse , quod sit Deceptor deceptionum , & inventionum Traditor traditionum , seductor hypocrisum , mendacium , error , & vanitas vanitatum falsorum Sapientum ! *Vanitas vanitatum , & afflictio spiritus.*

Quiscunque etiam sis , si habeas divitias , & si apud te sicut in palatijs & alijs domibus Magnatum , inventum

tur superba cubicula, & pretiosa supelle-  
ctilia, quæ retinere congruit, considera  
illa cum mente digna alicujus animæ No-  
bilis, & spiritus illuminati: Ita quidem, ut  
Deus qui videt tuas divitias, & suppel-  
lectilia, eodem tempore, quo oculi tui  
illa aspiciunt, simul videat, quod in ni-  
hilo alicui creaturæ adhæreas, & nullæ  
strictius quàm ipsi, nihilque sit, quod te  
non cogat ad confitendum ipsum infini-  
to & æterno amore dignum esse. *Tibi  
dixit cor meum, exquisivit te facies mea.*  
Scis enim meæ vitæ divine Magister,  
quod omnes hæ curiositates, & omnia  
alia bona non sunt hic, quam per leges,  
quibus obedire mihi mandas. Mundus  
ea vocat condignas necessitates; Sancti,  
perdendas vanitates. Ego illa hodie vo-  
co umbras tuæ magnitudinis, & dona  
tuæ misericordiæ.

Denique aspiciendo illa ornamenta,  
quæ apparent in tuo cubiculo, & omnes  
magnificentias tui lectus, sume curam  
sequentes duas habendi reflexiones, quæ  
cor & oculos tuos multum illuminabunt.  
Prima est, quod hæc sint porta per quam  
e 7 brevi

brevi ingredieris sepulchrum ; & quod  
in eodem hoc pomposo lecto mors te de-  
prehendet , ut deportet ad alium lectum,  
ubi nihil amplius circa te habebis , quam  
vermes qui te cooperient.

Secunda. Quod ex sepulchro transi-  
bis ad Paradisum , & quod omnia , que  
hic pretiosa possides , & omnia que hic  
Reges admirabilia possident , respectu  
illius nihil sunt quam aliqua tenebrosa  
figura.

Amabile est aspirare ad cælum in me-  
dio paupertatum , cum securum sit , &  
via brevissima illuc perveniendi : Sed  
nec minus amabile & dulce est illuc as-  
pirare in medio prosperitatum & bono-  
rum. Dum benignitas Dei te sentiat  
facit , quod inter tot pericula , in quibus  
major pars reproborum invenit infernum ,  
ille te sustentat in devotione  
per gratiam , quæ est potentissima om-  
nium gratiarum & ipsius certissimum  
perseverantiæ pignus suæ protectionis &  
æternitatis sui amoris.

Præfigures tibi te videre id quod vi-  
dit olim Sponsa sancta , quod nempe su-

per omnia dona, quæ Deus facit, & super omnia bona, quæ domum tuam ingrediuntur, scriptum reperiatur, quod ille qui tibi hæc mittit, te in Cœlis expectet. *Surge, prospera Amica mea.* Cogitatur de tua persona in Paradiso, festina eundo ad eum, qui te amat; urge tempus per aspirationes, & lachrymas.

Hæc multitudo bonorum deberet te fortiter impellere ad recognoscendas obligationes, quas habes erga divinam Providentiam; dum vides super paleam jacentes pauperes plenos ulcerum & fatorum, morientes fame & frigore; quid vides aliud quam tui ipsius speculam? quod tibi ostendit id, quod es ipsemet, aut quod in effectu fuisses, nisi Deus erga te exercuisset suam particularem benignitatem.

REGULA DECIMATERTIA.

*Vidi servos in equis, & Principes ambulantes super terram, quasi servos. Eccl. 10.*

PARAPHRASIS.

*Vidi in plateis jerusalem servos magnificentè vestitos, & equitantes in equis magni pretii;*

pretii; & post eos Principes, qui illos  
sequebantur pedes, sicut sclavos, quos  
Populus, qui illos antecederet ad-  
ravit, non nisi ad vituperandum af-  
pexit.

## REFLEXIO.

**D**Um vides personas minoris condi-  
tionis absque iudicio & absque me-  
rito exaltatas ad dignitates, ad quas ad-  
spirandi jus habebas, non irasaris nec  
Cœlo, nec Providentiæ. Recordare  
quod res dignissima tui animi sit, posse  
& velle opprimere eos motus, quos cho-  
lera & zelotipia in talibus occasionibus  
excitare solent.

Scio quod hi casus sint rudes, & eo  
magis, quô inopinatè accidunt. Id quod  
tibi crudelissimum videtur, est quod  
obligeris illis obedire hominibus, & vi-  
dere eos tibi dominari, qui deberent  
esse sub tuis pedibus, & quos taliter ex-  
altatos videre, si iudicio pollerent, ip-  
sas bestias puderet, & illis servire nega-  
rent.

Scio hoc equidem : Sed interim de-  
fendo , quod injustè lamentaris. Hæc  
inordinationes durant jam à sex mille  
annis, cur ergo miraris ; Hi sunt er-  
rores fortunæ, quæ cæca est, & quæ ne-  
scit quid agat. Sufferamus ista placabili-  
ter, & absque contradictione. Majores  
nobis hæc sufferre debebant præcedenti-  
bus sæculis, plures hæc adhuc hodie suf-  
ferunt. Si enim societas miserabilium  
personarum est consolatio pro illis, qui  
tales sunt, non est miseria in mundo,  
quæ plures quam hæc habeat consola-  
tores.

Quoties videmus qualibet die in pla-  
teis Parisiis, aut alibi, id quod Salo-  
mon in plateis Jerusalem vidit, *servos  
in equis, & Principes super terram?*  
Quoties videmus in pomposis equis se-  
dentes, & in magnificis curribus jacen-  
tes certas personas, quæ ex merito po-  
tius deberent ipsamet portare, & duce-  
re illas honoratas personas quæ ipsis in  
plateis obviam veniunt euntes pedes? In  
tribunalibus Justitiæ, inter supplicantes  
qui plorant, & qui memorialia præsen-  
tant,



tant, quot sunt illorum, qui deberent esse in loco horum Deorum quos adorant in templis quot docti & S. Presbyteri dant incensum Idolis criminalibus & ignorantibus, collocatis tamen in magnis Prebendis? Quot excellentes homines relinquuntur in tenebris absque officio, absque reputatione, absque æstimacione?

Fortè tu es in horum numero? Dilectissima gratia vult, ut non considereris, nec etiam ut cognoscaris, & aliquis resciat, quod adhuc vivas. Sed quid tua interest, cum sis notus in Cælo, ubi habent pro tua persona honorabiliores intentiones, quàm tu ipse posses desiderare aut exoptare.

In talibus occasionibus lossè lamentationum apud tuos Amicos, conversatum cum Deo, & disce apud hunc adorabilem Consolatorem, quod non sis depositus per exaltationem aliorum hominum, sed quod ipsemet effes indignus in tuum cor fineres ingredi inquietudines & displicentias alicujus Zelotipis. Nam tales inquietudines internæ ostenderent, quod ipsorum prosperitas plus valeat, quam tua virtus, & quod sint fel-

liciores

ciiores in medio stultorum, qui ipsos  
honorant & requirunt, quàm tu sis apud  
Deum, qui te consolatur, & qui agnoscit  
tuum meritum. Attende tibi in talibus  
amabilibus & gloriosis conversationibus  
credere, quòd illa quæ dantur indignis &  
peccatoribus, sint digna ambitione & in-  
vidiâ alicujus hominis honorati.

Addisce quod hoc deberet potius esse  
causa risûs, quam afflictionis aut chole-  
re; & reflecte te ad illud quod fit in Re-  
gno Chinæ, dum Ethnici & pagani Popu-  
læ adeunt aliquem sculptorem ut apud eum  
scilicet ligant quoddam Idolum.

Si enim ibidem inveniunt aliquam ma-  
gnificam statuam & bene sculptam, dig-  
nam in numero Idolorum collocari, ta-  
lem ipsi relinquunt & vituperant: Sed si  
inveniant aliam malè sculptam, ridicu-  
losam, horribilem visu, talem emunt  
pro desiderato pretio, & templis suis im-  
portant, ut ex ea faciant Provinciæ ali-  
quod divinum Idolum. Ecce quid faciat  
mundus, Ecce quid tu ipsemet facere de-  
beres, & judica, an tale vituperium illo-  
rû cæcorû adoratorû te debeat affligere.

Unico verbo, dum sentis primû motû  
alicujus

alicujus tristitiæ in talibus afflictionibus, & interrogare veram sapientiam, & conari hoc tam bene peragere, ut promeraris ab ea responsum, & consolationem.

Cujus responsum erit, ut dum peccatores crescunt in divitiis & potentia, non perdas gradum, quem nobilitas tui ingenii, & rectitudo tuarum actionum tibi tribuunt supra illos, etiam invicta fortuna. Similiter tibi dicet, quod stelle, quæ sunt sub pedibus hominum de die, in infinitè altiores, quam etiam homines in tali statu, cum sint propiores casibus, & quamvis manè cadant, nihilominus sint altiores magnitudine & pulchritudine hujus inferioris orbis, nam temporibus hujus eorum casus sunt semper altius suo firmamento.

Pariter illa tibi dicet, quod aurum importet esse absconditum in fodinis, & terris dum pinnulæ versatiles & feræ sunt in culminibus Palatiorum; quod aurum nihilominus in cavernis & locis etiam profundioribus non desinat ab Rege Metallorum. Sic etiam homo

& Sapiens absconditus in cavernis, & derelictus in solitudine non desinit esse Magister tot parvorum ingeniorum, tam superbiorum quam vituperandorum, quæ in urbibus tricæ & hypocrites adorationi exhibent.

REGULA DECIMAQUARTA.

*Unusquisque in arte sua Sapiens est. Eccl. 38.*

PARAPHRASIS.

*Quilibet est sapiens, dummodo exerceat eam artem, quam placuit natura ipse assignare.*

REFLEXIO.

**S**I vis esse ex numero Majorum, & homo felix, & si deliberas super conditione, quomodo te debeas stabilire, sis, si possibile est, satis illuminatus, ut invenias eam conditionem, quæ tibi congruit, ad te spectat & tibi magis propria videtur.

Elige

Elige bene, aspice & considera te ipsum, & penetra, quid particularitatis habeas in tua persona: examina tuos motus, tuas inclinationes, tuas intimas cognitiones, & vocem secretiorem tui cordis & animi. Conare percipere, quid tuus instinctus à te requirat, & quod cælum & natura te vocant.

Uno verbo, scias bene tuam conditionem, quid sis, & non permittes, ut tuum talentum natum pro magnis actibus abscondatur coram tuis propriis oculis sub veste alicujus Artificis, aut Mercatoris, nec ut apud te fiat, quod in majori parte Provinciarum accidit: Nulla enim est Provincia, in qua non relictæ fuerint vivere & mori tales personæ, quæ multum valebant, quod tamen nemo, nec ipse famet sciebant, quia non exercebant eam professionem, in qua illorum ingenium & aliæ dotes debuissent se ostendere.

Perdere magnos & excellentes viros est res, quæ ubique accidit. Id vero magis funestum, quod nemo desuper configitur, & nemo cognoscat, nos eos perdidisse, nec etiam eos habuisse.

Nota quod Deus non sit solummodo  
constitutor, & Inventor, sed & distribu-  
tor professionum & officiorum. Ad mini-  
mū hæc est ejus Providentia, quæ curam  
habet eligendi in qualibet provincia per-  
sonas capaces exercitiorum, & quæ eos  
elegit, conferendo illis ab ipsorum nati-  
vitate qualitates proprias, per quas eo  
perveniunt, & admirabiles redduntur.

Nota pariter, quod inter nos non sint aliæ  
personæ, quæ possint esse singulariter &  
valde utiles ac honorabiles Reipublicæ,  
quàm illæ, quas vel fors vel fortuna aut  
judiciosa electio suorum parentum stabi-  
lavit in officiis, ad quæ divina Sapiencia il-  
los præordinavit.

Certum est quod modò, tam bene  
quàm olim inveniantur Parisiis & in aliis  
Europæ locis multa talenta & dona emi-  
nentia distributa pluribus Juvenibus  
per ipsam naturam, quæ illos destina-  
vit aliquando futuros Capitaneos, Præ-  
latos, Judices, Doctores, Architectos,  
Pictores, & unumquemlibet incompara-  
bilem in suo officio, exercitio, & arte.  
quem-

quemlibet pro honore suæ nationis, dignum ut suum officium gloriosè exerceat.

Sed quemadmodem accidit per malitiam fortunæ, vel defectum occasiois, vel per stultitiam Infantum, vel per negligentiam & ignorantiam Conducitorum Juventutis, ut aliquis aliam, quam suam eligat Conditionem: Sicut qui natus est pro Pictore, accipiat professionem militis; alius, qui natus est pro Architecto, fiat Mercator, ad exemplum parentis; alius verò Prælatus, qui haberet potius esse Capitaneus: Ita etiam accidit, ut in civitatibus & Regnis, quibus Providentia præparavit plures homines excellentes suis manibus efformatos cum excellentibus qualitatibus, & promittebant res admirabiles, & tamen nihil in tam parvo numero appareat eisdem, quàm homines pulchri Ingenii & primarii Magistri digni admiratione. Major pars nostrorum Palatiorum plena & dives operum antiquorum. Est pauca quæ in hodiernum diem admurmur, sunt residua Antiquitatis, &

videntur in nostras venisse manus ut nobis exprobrent, quamvis etiam injustè impotentiam & paupertatem nostri sæculi.

Dantur etiam hodie magni Viri, sed magnitudo plurium non apparet: hæc sunt dona cælestia tanquam plantæ pretiosæ. Disgratia voluit, quod nati & derelicti fuerint in sylvis sub quercibus & rupibus, qui hodie non alios, quàm sylvestres & amaros ferunt fructus. Ideo nostrum sæculum non debet accusari aliqujus sterilitatis, nec ipsi præferri sæcula Augusti & Alexandri. Si invenitur in hoc aliquis pudor, non nisi negligentia attribui debet ac cæcitati eorum, qui hoc debebant aperire.

Sed ubinam sunt, dicetur nobis, Achilles, Virgilio, Cicerones, Catones, Aristoteles, Raphaëles, & Michaëles Angeli. Respondebimus, quod hi Architecti, hi Oratores, hi Potæ, Philosophi, Heroes, & hæc nova miracula mundi, quæ quæris, sunt modò ubi olim fuerant illi magni Pontifices & Imperatores, Marciani, Justiniani, Agatocles, Benedicti

*Liber II.*

f

\* nediicti



nedicti XI. Sixti V. antequam fuissent ad  
thronum & solium exaltati; sunt enim  
in nostris officinis, vel in nostris pagis  
pascentes oves, sed nos nec illos nosci-  
mus, nec illi ipsimet se cognoscunt.

Videtur quod tantum fors & fortuna  
possit invenire, & ostendere thesauros;  
nihilominus industria humana, dum est  
illuminata & animata per zelum boni pu-  
blici, est potentissima. Si homines status  
& Regiminis se applicarent ad invenien-  
dum, ne ullum magnum ingenium, quod  
natura nobis dedit, perderetur, talia ce-  
tissimè invenirent quibuscum magna ser-  
vitia Reipublicæ præstare possent.

Sciverunt Antiqui modum, Capita-  
neum aut Generalem alicujus exercitus  
excellensimum & gloriosissimum inve-  
niendi, dum tantum veste muliebri indue-  
tus esset, & ipsemet nesciret conditi-  
onem personæ, quàm quod sit mulier,  
quod tanquam mulier cogitaret vivere.  
Sciverunt modum inveniendi sub be-  
bitu alicujus Pastoris famosum Pe-  
ridem, Magnum Cyrum, Admirabilium  
Regem Judææ, si semper sub hoc veste

vixissent, quid fuissent? Adhuc hodie sunt admirationi, etiam præterlapsis jam duobus aut tribus millibus annorum, id est quia officium suum exercuerunt & regnarunt. Si quilibet officium & artem suam exerceret, quàm esset orbis felix, quàm in illo viderentur homines excellentes & Viri incomparabiles.

Denique *Unusquisque in arte sua sapiens est.* Nemo enim erit sapiens & Vir idoneus, nisi qui exercuerit professionem sibi condignam. Dum Agatocles in sua juventute laboraret in officina sui Parentis, & faceret ollas de terra, fuit nequam qui parum valebat, Juvenis insupportabilis, qui fuerat proprius pro ruina sui Patris, propter parvam inclinationem, & minorem intelligentiam sui opificii. Agatocles enim fuit natus pro Regimine. Res mirabilis! à quo fortuna illum elevavit ad thronum, fuit unus ex magnis, & sapientioribus Regibus, qui unquam vixerunt in Sicilia.

Alius è contra Rex, qui dignitatem suam gubernandi malè exercebat, &

f 2

cujus

cujus Avus fuerat tutor, transiens officinam alicujus tutoris, in qua Juvenis quidam boni ingenii coactus per infortunium, pro vita sua sustentanda laborabat, dum videret quod hic Juvenis opifex malè opificium suum exerceret, irrisit illum, & ipsum objurgavit, quod coream manibus ejus malè tereretur. Verum est, Domine Opifex, respondit hic Juvenis, si enim quilibet artem suam exerceret, ego coream manibus meis malè non tererem, & tu non perderes tuas Provincias, nec relinqueres perire tuum Regnum.

Approbo quod natura ordinariè formet excellentes qualitates, & producat animas nobiles in personis altæ conditionis, sed ad hoc nulla lege adstringitur. Nam similiter rarum est, invenire inter homines alicujus Conditionis talenta propria ad addiscendas artes & scientias. Quod verè approbo, est, quod homo, qui bene peragit suum officium aut opificium sit certissimè sapiens, & quod sit una et melioribus sententiis Salomonis. *Unusquisque in arte sua sapiens est.*

REGU

## REGULA DECIMA QUINTA.

*Multi pacifici sint tibi; & Consilia-  
rius sit tibi unus de mille. Eccl. 6.*

## PARAPHRASIS.

*Pauca proles, pauciores famuli, multi  
Amici sunt numerus aureus, qui in-  
cludit principales felicitates alicujus  
domus.*

*Nostrum corpus habet infirmitates qua  
abbreviant vitam mortalem: Anima  
nostra habet tales, qua reddunt infe-  
licem suam immortalitatem. Reme-  
dium unarum & aliarum infirmita-  
tum est Amicus fidelis & constans, sed  
timor Dei necessarius est, hunc inve-  
niendi.*

## REFLEXIO.

*Posseffio multorum amicorum est nu-  
merus nostrarum felicitatum; nam  
ante omnia, Amicitia debet primum lo-  
cum obtinere. Hæc etenim in cordibus*

f 5 homi-

hominum sapientum habet eundem locum cum ipsorum propria vita. Absque amicitia nostra propria immortalis vita non esset aliud, quam umbra vite, vel initium mortis, quæ nunquam finem attingeret. *Amicus fidelis medicamentum vite & immortalitatis; dicit Salomon.*

Habe Amicos, quares & inuenies Amicos; sed scias eos distinguere & seligere. Non illos emas, sed merearis. Amicus coemptus parum minus apud te valeat, quàm inimicus promptus te vendendi.

Non est modus illos merendi per continuas visitationes & importunas requiritiones. Non curre post eos, sed expecta. Idem est de amicitia, quod antea de reputatione & honore dixi. Sunt enim sicut umbra, quæ non sistitur insequendo, & conando illam incatenare.

Secretum solummodo est illam lucrandi. Fac ut in tuis Conversationibus appareat tua anima cum multis excellentibus qualitatibus dignis placendi Deo; sine vanitate aut cura, placendi hominibus.

Unicum consilium quod tibi desuper dat sapientia in hoc negotio sit, ut vivas

apud te & ubique, sicut debet vivere  
 homo honoratus & bonæ conscientiæ, &  
 ut in societatibus placeas per modum  
 suavis conversationis, nihil ostenden-  
 do, quod non sit laudabile, & quod fa-  
 ciat nasci in corde eorum qui te vident,  
 desiderium merendi tuam amicitiam.  
 Aspice cœlum, quære Deum, aspira  
 ipsi placendi: Veri Amici te subitò re-  
 quirent, & tibi dabunt ad cognoscen-  
 dum, quod virtus quæ attrahit viros ma-  
 gnos nos amandi, sit catena, quam  
 nec fortuna rumpit, nec fatum seu præ-  
 destinatio, nec tempus, nec mors, nec  
 ipsa æternitas.

Fac id quod tibi dico, & sis amabilis,  
 habe modum adulatorum, plus tamen  
 Amicorum, dico plus & amplius modum  
 veri Amici. Tua gloria non consistat, vel  
 le lucrari per officiosas civitates aut do-  
 na, unam aut alteram personam te aman-  
 di: Nullus est latro aut malæ vitæ homo,  
 qui non habeat duos aut tres similes A-  
 micos. Nos verò distinguimur ab hujus  
 sortis hominibus per magnum numerum  
 eorum qui nos amant & æstimant.

f

Verum

Verum tamen est, quod multitudo Confidentum sit periculosa. Habe tantum unum dicit Salomon. *Consiliarius fit tibi unus de mille.* Duo jam sunt multum, sed multitudo Amicorum nunquam nimis multum erit, nec quidem sufficet. Non est vir honoratus, qui non mereatur, aut qui non delideret habere plures Amicos, quam habeat. Aspira eò, quò peruenit Joseph per suam virtutem. Hic amabilis dominus fuit in aula & in medio Principum, Philosophorum & primariorum hominum totius universi, id quod fuit in carcere inter fures & latrones, ubique inter omnes qui ipsum viderunt, ubique amabilis. Fac tam bene per dona tui ingenii, tui boni naturalis & per benignitatem tui civilis & magni Animi, ut inter personas quæ te accedunt, quamvis plerique tua secreta ignorent, nullus tamen sit, qui non sentiat aliquam inclinationem tibi serviendi, & qui se non censemet felicem, dummodo habeat occasionem.

Tales personæ tantò plus tibi necessa-

ritae sunt, quanto amplius tibi videtur,  
quod habeas sufficientia bona & illis non  
egeas. Non te decipias. O Rectores hu-  
jus mundi! quò potentiores & indepen-  
dentes estis, eò magis indigetis perso-  
narum vobis similium, pro sustinenda  
vestra potentia, & sustinendo vestro A-  
nimo, qui à tempore quo est solus, ver-  
git in sui casum & perditionem. Verum  
est secundum ipsum Platonem, quod  
nostra anima sit immortalis, independens  
ab aliis animabus, sed impassibilis, nec in-  
vulnerabilis.

Anima hominis quamvis divina & de-  
scendens de cælo invenitur in mirabili-  
bus occasionibus tempore suæ vitæ mor-  
talis; sicut viator aut proficiscens, qui ab-  
errat à via de nocte sine lumine & absque  
itinere conductore; Incarceratus in in-  
ferioribus carceribus absque credito, abs-  
que consolatione, & absque consilio. In-  
firmus super stramine sine Medico, Me-  
ribundus qui jacet in terra absque sacer-  
dote, & absque Sacramento, Mortuus in  
simito sine sepultura, derelictus tanquam  
cadaver incognitum, privatus ordinario



jure, ut cum parva parte terræ tegatur, & aliquot lachrymis irrigetur. *Illamantatus atque insepultus, quasi cadaver putridum.* Ecce figuram nostri Amici, dum in se solo consideratur, qui cum Job dicere potest. Peregrini me persequuntur, domestici aufugiant à me, mei fratres me non recognoscunt, & ego nullum amplius cognosco Amicum; fidelissimus me cum horrore aspicit. *Et quem maximè diligebam, aversatus est me.*

Denique est tibi necessarium ut amaris. Succursus quos potes habere ab iis qui te amabunt, sunt in tam magno numero, quam dies tuæ vitæ, qui tibi ad huc remanent. Inter illos dies, dicit Sapiens, aliqui erant dies laboris, alii dies quietis, alii iterum timoris, periculorum, infelicitatum, desperationum, alii bonæ spei, bonorum successuum & prosperitatis. Sed omnes hi dies sine distinctione erant dies afflictionis, si fueris solus. Si vero tui Amici tecum fuerint, dies consolationis & felicitatis.

Eveniet tibi id quod evenit nostris

parentibus, Avis, & id quod nobis adhuc  
quotidie evenit. Tempore aduersitatis,  
tantum unam partem nostrorum dolo-  
rum sentimus, dum alii nobiscum hos  
sentiant, & in veritate nobiscum affli-  
guntur. Tempore prosperitatis nostrum  
gaudium nunquam ex integro sentimus,  
quam dum id per conversationem alteri  
communicamus, & dum id de facie & in  
corde nobiscum sentiunt, illi, qui nos  
amant. Dulcius & consolabilius est, se-  
cundum opinionem nobilium animarum,  
 flere tempore luctus, dum nostri Amici  
 nostris miscent lachrymis, quam ri-  
 dere in aliquo felici successu, dum nemi-  
 nem videmus, cui possemus loqui, & qui  
 vellet exinde nobiscum lætari, & sine-  
 ram habere complacentiam de eo, quod  
 ipsi tali tempore lætitiæ dicemus.

Lauda infinite illos homines, qui in  
 corde nostra gaudia, & nostros dolores  
 sentiunt, & qui tantum quantum tu ip-  
 se in tuis negotiis & periculis tibi con-  
 gaudent, & contristantur. Lauda illos,  
 quia hæc est res rarissima in orbe univer-  
 so. Nihil communius est, quam Amici,

quorum magnam habemus multitudinem; sed quid hæc omnia, quàm in die conflictûs & certaminis exercitus Defertorum & fugitivorum, aut societas columbarum? Ad minimum sonitum afflictionis, quam sufferimus, ubi est ille fidelis & inseparabilis, qui nobiscum permaneret? Ubi est illa Aquila, quæ non timet tonitrua?

Potest dici, quod tu ipsemet in talibus occasionibus te perdis. Quàm illuminatus & instructus possis esse in periculis & negotiis statûs aut tuorum Amicorum, tam cæcus es in tuis propriis negotiis. Si es solus in regimine negotiorum, quæ te propriè tangunt, & nemini quàm tibi soli confidis, nihil certè intelliges. Omnia quæ desuper cogitas & recogitas, non sunt nisi errores: sicut aliquis infirmus Medicus aliud utilitatis tibi asserre non potest, quàm juvare ad mortem. Unico verbo: *Multi pacifici sunt tibi: & Consiliarius sit tibi unus de mille.* Habere mille Amicos, dicit Sapiens, & ex his tantum unum confidentem.

## REGULA DECIMA SEXTA.

*Facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Cant. 8.*

## PARAPHRASIS.

*Inveni pacem, dum meum contemplerer  
sponsam in statu in quo fuerat in monte  
Calvarie coopertus sanguine, & in  
statu in quo adhuc est hodie in sinu Dei  
Patris, unde procedit Amor, què illis  
non est senior, sed ejusdem aternitatis.  
In uno vidi, quod me infinite amet, in al-  
tero quod me in aeternum amabit, &  
quod bene causam habeam in hoc infe-  
riori mundo incipiendi possidere im-  
mortalem & inviolabilem pacem, cum  
similem expectem, qua durabit in cœ-  
lis tantum, quantum ipsa aternitas Om-  
nipotentis Dei.*

## REFLEXIO.

**E**T si Conscientia mea mihi nihil ob-  
jiciat, dices, ego tamen non habeo  
f 7 pacem

pacem de qua loqueris : timeo pariter  
 sicut antecedenter , dum viverem in dis-  
 ordine. Omnes meæ devotiones, mor-  
 tificationes , & meæ Eleemosynæ non  
 mutant decreta Justitiæ Dei , & inter-  
 tiones suæ Providentiæ. Nescio annon  
 sim in numero reprobatorum ? Deside-  
 rarem ut fruerer perfectâ quiete , hac à  
 te recipiendi nova , quòd nomen meum  
 scriptum sit in libro vitæ , & quòd locus  
 meæ æternitatis notatus sit inter Beatos.  
 Uno verbo , ibonè ad Cœlum ? Deus  
 scit ; ego etiam id libenter scirem , &  
 audirem ab aliquo , qui hoc certò sei-  
 ret , & mandatum haberet id mihi sig-  
 nificandi à parte ejus , cujus miseri-  
 cordia & justitia omnes has veritates  
 scripserunt in corde illius ante creatio-  
 nem mundi.

Id quod tibi desuper respondere  
 queo , est quod olim respondit san-  
 ctus Gregorius Magnus alicui mulieri  
 devotæ magnarum qualitarum & condi-  
 tionis. Hæc Domina inquieta hujus cu-  
 ræ satis communis animabus sanctis,  
 scripsit huic Illustri Pontifici , qui fue-  
 rat

rat ipsius Director , & rogavit ut sibi significet , an sua peccata sibi sint condonata , & an ratione suæ salutis pacificam possit habere conscientiam.

Vide quid responderit sanctus Gregorius cum respectu & sinceritate. *Quod verò dulcedo tua suis in Epistolis subjunxit se mihi importunam fore &c.* Domina , dicit , minaris , quod non cessabis mihi scribere , usque dum Deus mihi revelaverit , quod tua peccata sint tibi remissa , & quod misericordia Dei pronuntiaverit Decretum tuæ prædestinationis. Cura quam desuper habebis , mihi scribendi erit inutilissima. Ut autem hanc præveniam , non differo pro tua consolatione tibi scribere : Ecce duas veritates , quas certò scio ratione illius tuæ questionis. Prima est , quòd sim nimis magnus peccator , ut sim in numero eorum , quibus Deus ostendit libros suæ æternæ scientiæ , nec ex illis , quibus mittit Angelos & Prophetas cum mandato illis declarandi secreta suæ Providentiæ. Secunda veritas est , quod illa nova , quæ desideras audire ratione

certius

certitudinis tuæ salutis , tibi plus nocerent , quàm consolationis adferrent. *Perpende quæso dulcissima filia.* Recordare , te rogo , mea dilectissima filia , quod certitudo sit mater negligentia , & esses in periculo derelinquendi tuum fervorem & exercitium tuæ vitæ devotæ , si esses nimis secura tuæ remunerationis. *Mater negligentia solet esse securitas.*

Sanctus Gregorius valde bene dixit , respondebis mihi , sed favor desiderabilis , ad quem adspirare auderem , esset , ut Deus eodem tempore , quo mihi revelaret , quod sum ex numero personarum prædestinatarum pro Paradiso , faceret etiam pro sua benignitate , ne abuterer meâ scientiâ.

Non esset hic favor , adjungis , extraordinarius , & inauditus. Recordor me legisse , Deum hoc fecisse Abrahamo , cui formaliter declaravit , ipsum esse in primo ordine societatis Electorum , dicendo : Abraham , ego te cognosco , quia mihi appertines , & in æternum debes appertinere. Simile quid dixit etiam Isaco , Jacobo , & Moyfi supra montem , Pro-  
phetæ

pheta Jeremiae in utero suae Matris. Hic felix Infans antequam exiret de utero, scivit se esse praedestinatum. Omnes Apostoli certo sciverunt, se esse ex eorundem numero. Gaudete, dicit ipsis noster Salvator, nomina vestra scripta sunt in caelo. Hic divinus Salvator eandem gratiam concessit illis, quos inter Sanctos magis amavit. Beatissima Virgo, sancta Magdalena, S. Joannes Evangelista, S. Paulus, & magna multitudo aliorum Electorum saeculis sequentibus resciverunt hoc de ore aut relatione Angelorum, quod expectentur in Caelo, & quod ipsorum coronae ibidem sint praeparatae. Sancta Theresia, postquam vidisset locum, qui ipsi in inferno destinatus fuerat, si non fuisset retracta a mundo per vim potentissimam Spiritus sancti, habuit consolationem & felicitatem videndi locum, quem possidebit in Paradiso. Quanta felicitas, & quale gaudium! & qualis modus, continuabis, habendi unum solum momentum quietis in hac vita mortali, ad minimum, usque dum resciamus ex ore ipsiusmet Dei, vel ab aliquo alio, quem



quem eius benignitas ad nos mittere dignabitur ; quod nempe ille cui sumus consecrati , & qui nos possidet sicut pretium sui sanguinis , & sicut hereditatem sui Amoris , non relinquet , ut aliqua mundi potentia aut etiam inferni , nos eripere & auferre valeat ex ipsius manibus , ita ne unquam pereamus.

Tu te decipis Anima Christiana , possumus recipere hoc cœleste gaudium absque revelatione , & absque miraculosa apparitione : Non est necesse ut Deus tibi appareat , aut tibi loquatur , sufficit ut ipsum ames , sicut fecerunt Sancti. Hic amor formabit in te unam vocem internam seu instinctum supernaturalem , quem sanctus Paulus vocat testimonium sancti Spiritus scriptum in corde nostro ; S. Augustinus radium gloriæ Paradisi , qui eminet in animis prædestinatis , dum exhalat & raptus sui fervoris sentiunt. Voca eum sicut tibi placet : dico quod sit instinctus divinus , qui dissipabit omnem tuam imaginatione inquietudinem , & omnem timorem chimericum , & qui sicut aurora reducet serenitatem , & faciet

nasci in tuo corde certitudinem tuæ salutis independentem à revelationibus & prophetiis.

Verum quidem est, quod non diceres formaliter id, quod dicunt Hæretici, & id quod non potest dici absque arrogantia & blasphemia: Certus sum quod nomen meum sit scriptum & notatum inter nomina Beatorum. Sed dices id, quod verus Amor fecit proferre sanctum Paulum, & alios Sanctos, qui Deum in perfectione amarunt.

Mea certitudo in hoc consistit, quod nec mors, nec vita, nec paupertas nec divitiæ, nec tormenta nec crudelitates tyrannicæ, nec promissiones, nec adulationes mundi, nec denique omnes vires inferni me separabunt à charitate Jesu Christi. Certus sum nec scio securius quàm hanc horâ qua vivo, quòd sim securus mediante gratiâ, me debere esse fidelem Deo meo, quamdiu cor meum respirabit. *Donec superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis.*

Est præsumptio arrogans & valde criminalis, quæ reprobatos & superbos facit dicere: scio certò quod placuit Deo  
me

me ponere in numerum suorum Electo-  
rum, & quod non omittam ascendere &  
ire in cælum: Sed Amor sanctus loquitur  
dum dicis: Amabo Deum meum usque  
ad mortem, nec mors, nec tempus, nec  
æternitas me ab illo separabunt. *Etiã  
me occiderit, sperabo in eum.*

Verbum est superbix, blasphemix, &  
detestabilis temeritatis, qui præsumit  
dicere, quod in secretiori consilio Spi-  
tus Dei agitur, & sine expressa revelatione  
oporteret esse ipse Deus, ut quis possit  
dicere, qui sint illi, quorum nomina scri-  
pta sint æternè & secretè in ejus corde  
per ejusdem gratuitâ Electione. Verbum  
verò tui Amoris est una sancta Veritas, &  
una humilis adoratio misericordix & gra-  
tix Jesu Christi, cum non loquatur quod  
de voto, quod fecisti, amandi Deum, &  
de perpetuis & irrevocabilibus decretis  
sanctitatis, quæ ipsemet scripsisti in tua  
conscientia.

Fer respectum his votis tui Amoris, ne  
perdas te, ratiocinando de talibus  
propositionibus, sicut illi faciunt qui  
incipiunt amare, & qui per sua exempla

scrupulosas reflexiones subito intrant in  
nebras & labyrinthos, ubi inquietudo  
illos urget, & ubi non inveniunt ullum  
exitum.

Quando eris in statu hujus ferventis &  
perfecti Amoris, non erit tibi possibile id  
examinare, quod veniet de hoc Amore,  
nec audire anxietates & timores tuæ cœ-  
cæ & timidæ imaginationis.

Dum scies hæc nova tuæ felicitatis,  
non dices; Ego illa scio, de nullo respon-  
debis quàm de tua constantia & de tua  
perseverantia ejusdem responsi, quod  
gratia & humilitas absque ulla præsum-  
ptione tibi inspirabunt. Sanctè lætaberis  
absque interrogatione & informatione, à  
quo audiveris te fore constantem, &  
quamvis in effectu nulla vox tibi aliquid  
dixerit, habebis in medio periculorum  
(quæ te circumdant & tibi minantur)  
tantum quietis, ac si Prophetæ & Ange-  
li tecum locuti fuissent.

Non audies ullam vocem, quæ hoc ti-  
bi annunciabit, sed senties, quod hic in-  
stinctus & hoc secretum testimonium de  
quo loquitur S. Paulus, sit res certior,  
quàm

quàm visiones , clarior quàm revelatio-  
nes & Prophetiæ , dulcior quàm conso-  
lationes & bonæ spes , quas nobis dant  
nostri Directores , denique fortior &  
potentior, quàm omnes timores.

In medio exemplorum illorum ho-  
minum qui pereunt , & inter clamores  
reprobatorum , qui circa te audientur , &  
qui facerent pavere audacissimos , gaudet  
bis pace Prædestinatorum.

Tua cura non erit dubitare aut inter-  
rogare , nunquid ad cælum , sed tædium  
habere de longitudine tot annorum , &  
de cunctatione beatæ diei , in qua vi-  
debis tuum Amantissimum. Non rogas  
Angelos ut tibi dicant , an te cum illis vi-  
debunt in cælesti Jerusalem , & an tuus lo-  
cus sit tibi notatus ; sed potius ut tibi di-  
cant , quando ibis, quo die , & quâ hora.  
O beati Spiritus , quando hoc fiet ! O vos  
qui possidetis illum , quem ego quero , &  
quem vos amatis , ô Angeli ! Amate  
bene quàm vos & non possum vivere sine  
meo Deo , interim illum non vides.  
*Adjuro vos Filia Jerusalem.* Habete  
commiserationem mei Amoris & dicitur  
mibi,

mihī , quando ingrediar Palatium mei  
Sponsi, usque in locum huius admirabi-  
lis Tabernaculi, usque ante oculos, & us-  
que intra brachia & in sinum illius, qui  
est Amantissimus meorum suspiriorum &  
nearum lacrymarum.

Aspicias cælum tanquam tibi apperti-  
nentem hæreditatem & dices cum Davi-  
de : *Latatus sum in his quæ dicta sunt mi-*  
*hi.* Audivi divinam vocem, quæ se-  
cretò insinuavit cordi meo, & quæ  
in illo signavit hæc duo verba : quod  
venimus ad domum Dei, & quod post u-  
num & alterum momentū afflictionis &  
laboris exituri simus ex hac valle lachry-  
marum, ex hac regione mortuorum, ut  
transferamur ad permanionem vitæ &  
immortalitatis, ubi fruitio & lætitia in æter-  
num permanebunt, sicut ille quem ama-  
bimus.

Ecce illud, quod cogitarunt & dixe-  
runt personæ, quæ fuerant in illo statu, in  
quo modò es; ecce quomodo se exaltant  
super omnem potentiam Dæmonum, &  
super omnes inquietudines & omnes pa-  
vores, qui turbant corda pusillanimum.

Deni-

Denique quia securus es, quod habeas bonam voluntatem, non occludas pacem tuam, qui tibi de caelo his verbis mittitur. *Pax hominibus bonae voluntatis.*

## REGULA DECIMA SEPTIMA.

*Mulierem fortem quis inveniet: precium eius, & de ultimis finibus pretium eius. Prov. 31.*

## PARAPHRASIS.

*Hoc dicitur, non quod nulla in mundo veniatur femina fortis, sed quod non sit homo sufficienter sapiens & satius felix talem invenienti, aut eam distinguendi inter alias feminas, quae se tales figurant, & sic etiam oculos illius natissimos decipiunt.*

*Si tamen nihilominus aliqui conarentur eam querere, ecce eius imaginem quam illis propono pro sua meliori formatione talem cognoscendi. Hoc secundum meam opinionem faciet illi iudicare, quod si oporteret ire usque ad Indos pro quaerenda tali muliere.*

meretur ut quis illuc iret, & pro casola hunc sumeret laborem, quem alii sumpserunt pro multis aliis rebus infinite minus raris & minus pretiosis.

## REFLEXIO.

Non potest dubitari, quod inter felicitates hujus vitæ, una ex desiderabilioribus sit, ut videant homines abundantiam, ordinem & pacem stabilitam in suis domibus.

Cura eam stabilicndi pertinet particulariter ad ipsam fæminam. Honor & obligatio Mariti est laborare pro Republica, ipsi consecrare suum tempus & suas curas, & mereri per suas excellentes qualitates obtinere unum ex primariis gradibus inter eos, qui illam regunt.

Hæc duo officia fuerunt assignata à divina Providentia Domino, & Dominæ domus & familiæ, de quo loquitur Salomon in ultimo suorum Proverbiorum. Ambo se tali modo comportent, ut & Angeli non possint sine admiratione videre gratiam, quæ illos illuminat & sustentat



stentat, nec etiam homines dicere queant, quis ex his duobus magis debeat admirationi haberi.

Est certò pulchrum videre pulchras actiones alicujus Principis, dum continet populum in obedientia, aut præsidet in confesso Senatorum, supervenientibus motibus qui statum commovent; Sed etiam illi qui contemplantur Regimen foeminarum in Palatio, videntur res dignas, nec minus gloriosas. Ita ut non distinguatur unus ab altera, & elogium commune, quod vox publica illis tribuit, sit, quod sint duæ personæ, quæ regunt per sua exempla, omnes actiones suorum Civium, & quæ simul dividant ex merito omnes laudes admirationes suæ Provinciæ.

Hæc est prima delineatio suarum imaginum, quas sapiens delineavit pro duobus futurorum sæculorum, ut respondere lachrymis & gemitibus eorum, qui accedunt ipsum Cœlum de malo successu Matrimonii.

Talis fœmina obediens suo Marito, interim dum ille dirigit Senatorem, regit suam domum

domum cum supremo dominio absque  
tamen ullo strepitu & violentia : ejus Po-  
tentia in domo est magna , quia venit de  
Cælo : Ipsa non quærit sicut aliæ mulie-  
res facere sibi authoritatem per magni-  
ficentiam suorum vestimentorum. Ve-  
rum quidem est , quod induatur bysso &  
purpura , & quod in modo se vestiendi  
observet leges decoris & consuetudinis ,  
sed his non indiget , ut honoretur & re-  
spectetur à suis domesticis. Deus ipsi fe-  
cit vestem , similem ejus , quam nobis de-  
stinavit , si noster primus parens perman-  
sisset prudens. *Fortitudo & decor indu-  
mentum ejus.* Salomon vult nobis insinua-  
re , quod appareat in oculis hujus Princi-  
pissæ aliqua grandæva Majestas , quæ se  
diffundit super illam sicut aliquod indu-  
mentum ; quod confert suæ faciei , suis  
verbis & suis actionibus certam quan-  
dam gratiam , plus quàm humanam , quæ  
rapit corda , & reddit felices illos , qui ipsi  
inserviunt , & recipiunt ex ejus mandatis  
felicitatem ipsi obediendi , & occasionem  
ipsi testificandi per suam promptitudinē ,  
& excessus suorum gaudiorum , intentiones  
suarum animarum,           g 2           Hoc

Hoc est, quod totam continet domum in ordine. Unusquisque invenitur in destinato loco, & exercitio sibi ordinato. Timor respectuosus qui illos continet non est sicut in aliis domibus aliquis timor, ne quis de commissis erroribus arguatur & patiatur, sed tantum ne succubilis.

Non est illa solummodo Domina suorū domesticorum, sed ipsorum mater. Inter principales leges sui Regiminis est prima, ne quid omittant, ad quod obligantur. Secunda est, ne quid ipsis desit, & ut habeant omnia, que ratio & justitia requirit pro illorum solatio & sanitate. Curam habet, ne justam causam habeant lamentandi, ponendo ipsis ante oculos semper novas rationes, quibus persuasi succumbant, & credant se vicissim amari: Ita ut illi ipsimet judicent, quod illorum personæ considerentur, & severitas approbetur.

Hæc benignitas tam liberalis & affabilis extendit se sine exceptione super omnes. Est enim mala Regula in domibus & familiis

familii  
gendi  
fucata  
minam  
tat, e  
plus er  
die car  
rentur  
narent  
qualem  
rem ap  
gnum  
in dom  
throno  
in Sanc  
gimine  
lis arna  
aliquar  
minus  
Deus  
in regi  
Ubi reg  
obrit  
Mu  
non in  
sui sex

familiis, ubi multi dantur officiales, eligendi solummodo unum, qui per suam fucata fidelitatem Dominum aut Dominam eò deducit, ut omnes alios dimittat, & qui per inconsideratas relationes plus errorum & clamorum in domo una faciat, quam in toto anno causarentur, si hic Dominus & Domina conarentur ita agere, ut ab omnibus æqualem amorem mererentur. Sui amorem apud omnes obtinere, hoc est magnum & divinum secretum Æconomix in domibus; Politicæ pro constitutis in throno & tribunalibus; & Hierarchiæ in Sanctuario. In quocunque etiam Regimine constitutus sis, si vis felix esse, sis amabilis. Non conare tibi efformare aliquam methodum magis spiritualem, minus tamen cognitam. Ipse Deus ut Deus non scit, nec habet alium modum in regimine & Dominio suæ æternitatis. *Ubi regnat æternus Amor & æterna pulchritudo.*

Mulier est Domina de qua loquimur, non intermittit occupationes proprias sui sexûs, etiam acû laborandi. Quod

verò magis mirandum est , illam has artes per nullam aliam , quàm per inspiratam à sua iuventute digitis scientiam acquisivisse , ideò tamen non minus habilem esse exemplo & instructione Artificibus etiã habilioribus , sicut pariter admirationi Dominabus , quæ tempus suum transigunt ipsam considerando , & ab ipsa aliquid addiscendo , quamvis nimis tardè inceperint ipsam cognoscere , ut se reddant capaces illam imitandi. *Quæ sicut lanam & linum , & operatur consilio manuum suarum.*

Tales minores curæ , dicit Salomon , non sunt scopi suæ virtutis , nec suæ potentia & industria. *Manum suam misit ad fortia.* Hæc quæ scit tam bene suis manibus laborare , scit etiam suo brachio uti , & suo heroico animo , dum necessitas requirit , ut ostendat , quod non sine causa vocetur femina fortis. Si quis debet opponere violentis actibus Vicinorum , vel eripere ex manibus usurpatorum bona malè parta , vel sustinere contra formidabiles Causas innocentiæ , & causas suarum

rum oppressorum subditorum ; aut vero si oporteat vendere & emere , aut contra omnia opposita obstacula suorum intentionum extendere fines sui Domini per sibi utiles acquisitiones , & feliciter triumphare contra omnes deceptiones , proditiones , & zelotipias : hæc incomparabilis Domina se opponit , & pervenit ad scopum. *Roboravit fortitudine brachium suum.*

Adhuc amplius , dicit Propheta , illa est , quæ per suum miraculosum ingenium scit artem negotiatoriam transportandi usque ad Indos grana & redditus alios suarum terrarum , & exinde referendi in iisdem navibus thesauros Ophir & Tharsis , & omnia alia bona , aurum & argentum , quod decet domui & Patriæ suæ. *Facta est quasi navis in stitoris , de longè portans panem.* Bona est annotatio Salomonis , quod naves ipsius sint figura suæ utriusque manus miraculosè extensæ , & miraculosè felicitis ad dandum & recipiendum. Ita ut Deus has in domo sua benedicens , pariter illas benedicat dū sunt in mari , dum tempestates obediētes benedictioni

divinæ, eas respiciunt in itinere, & ad-  
jutorio sunt perveniendi ad portum.  
Navestaliter onustæ divitijs Orientis fe-  
liciter adveniunt quolibet anno illic, ubi  
ab hac Domina expectantur, cujus suspi-  
ria fortissima sunt ad cælum usque pene-  
trandum.

Sed super hæc omnia miraculum ejus  
Ingenii magis amabile & dignum scitu om-  
nibus populis est, quod Maritum suum  
reddiderit ditissimum hominum sine de-  
prædatione aut afflictione alicujus, nec  
dando ullam ansam nec cælo nec orbi  
conquerendi. *Confidit in ea cor viri sui,  
& spoliis non indigebit.*

Post omnia, quæ sunt miraculosiora in  
sua persona, & quod Posteritas quam  
maximè, secundum meam opinionem in  
ipsa amare debet, est quod hæc Principes-  
sa tam sedulò occupata labore negotia-  
rio, & œconomia, nihil minus quam talis  
appareat in illis occasionibus, in quibus  
decentia comparet in societate aut con-  
ventu hominum sapientum, dum his  
lustrem dat causam congaudendi suo de-  
fabili modo conversandi cum illis.

In talibus conversationibus ejus complacencia & honor non consistit in propriis discursibus, nec etiam in proferendo suas cogitationes & ratiocinia super illis propositionibus quas proponunt. Imaginatur sibi quod prudentia & modestia non permittant, ut compareat coram talibus sapientibus alia quàm discipula, & non prætendit alium gradum quàm illum, quem tenebat Magdalena ad pedes Salvatoris: *Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.*

Verum quidem est, quod non studuerit, & quod imprudenter ageret, si ratiocinaretur cum illis de altis mysteriis, sed quod rarum est in aliis fæminis, ipsa tres possidet scientias, quas mirantur hujus orbis Magistri.

Prima est quod illos sciat bene ad propositum interrogare, & ipsis pulchras & dignas offerre occasiones proferendi eloquenter illa quæ sciunt. Secunda est, quod sciat faciliter & clarè concipere responsa illorum. Tertia est, quod sciat illos admirari, & exprimere suas admirationes per verba ex quibus vident fortitudinem, & suæ faciei sinceritatē. g 5 Com-



Complacencia hominum sapientum, qui magnas sciunt scientias, non est dicendi illas in scholis: Una enim ex primariis & antiquioribus legibus scholasticis est, quod omnia quæ ibi dicuntur, contradicantur. Hinc scholæ sunt campus eorum certaminum, & societates & conversationes theatrum tritumphantum.

Ad minimum videtur mihi, quod nunc ex sapientioribus Scriptoribus nostri Sæculi valde bene dixerit, quod in conversationibus, in quibus ignorantes habent multum ingenii & modestiæ, & sapientes multum eloquentiæ, gloria & gaudium unius & alterius non sint multum disparia.

Elogium hujus fœminæ fortis includitur his verbis: *Fallax gratia & vana pulchritudo: Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.*

#### REGULA DECIMA OCTAVA.

*Salus Anima melior est omni auro & argento; & corpus validum, quam census immensus. Eccl. 30.*

PARA

## PARAPHRASIS.

Tu qui desideras esse dives & felix in hoc orbe, recordare, quod ditissimus thesaurus sit sanitas corporis, & quod fortuna maxima, ad quam adspirare valeas, sit letitia cordis. Non perdas nec unum nec alterum ex his duobus bonis, ut curras post alia, & crede quod imperium Orbis hæc non valeat.

Mors est melior, quam vita amara & plena afflictionis. Dulcius est quiescere in tumulto, quam languere in lecto, & ibidem per plures annos sufferre dolores, & tædium insupportabilia alicujus longa infirmitatis.

## REFLEXIO.

Vita & sanitas sunt duo dona Dei, & duo pignora ejus Amoris, quæ deberent amari, & amanter conservari.

Sapientes non omittunt id quod tangit sanitatem, & hæc quidem est una ex importantissimis Regulis sapientiæ, nihil facere, quod ipsi possit nocere, eandemque discretè gubernare.

g 6

Verus

Verus modus est se circa sanitatem gerendi, sicut erga Infantem alicujus conditionis, attendendo ne destruat per nimiam indulgentiam & perniciosas coniventias, nec etiam per nimiam severitatem, & irrationabiles subjectiones.

Unusquisque scit, quod ideò oportet sibi ipsi multas res concedere, & similiter denegare: Sed quales res, & quali tempore? Hæ sunt duæ difficultates de quibus multæ formantur quaestiones, nihil tamen certi percipitur, quia nullus se dirigit juxta unum Magistrum, qui desuper deberet interrogari, cum sit ille unicuique qui possit sapienter & feliciter respondere.

Aliqui consulunt Medicinam: plurimum se dirigunt secundum Appetitum sensibilem, & cœcè faciunt, quod hic illis insinuat: Alii naturam solam interrogant.

Verum est, quod Medicina saepe potest respondere, sed fortè in hoc negotio transgreditur limites suæ professionis, & jurisdictionis. Instituta enim est a

Deo

Deo, ut reddat sanitatem; potest dubitari, an pro ea conservanda instituta sit; ad minimum est indubitata fidei, quod Medici sint inutiles illis qui sunt sani, nec aliquam infirmitate laborant. Experientia enim nos docet, & facit cognoscere, quod qui sani Medicos consulunt, & qui petunt ab iis modum longo tempore vivendi, & se conservandi, addiscunt, quomodo fiant infirmi, & se destruant per illorum remedia & succursus.

Personæ quæ aures præbent suis cupiditatibus discunt brevi mori & currere ad tumulum, antequam ætas eos illuc deducat. In veritate remedia quæ præbet sunt excellentia, lætitia, vinum, bonus victus, somnus, desidia, lusus; sed hæc dantur sine mensura, & cum excessu, cum tamen bonarum rerum excessus sit veneno magis mortalis, & faciat plures homines mori per suas crudeles adulationes, quam moriantur gladio in conflictibus, & per injustitiam & violentiam in seditionibus: Sunt certò mala consilia pro conservanda sanitate, quæ dantur ab appetitu cæco, & hujus inclinationes & persuasio-

suasiones internæ sunt inflinctus valde periculosi.

Natura est unica & vera Magistra, quâ in hoc audire deberemus. Hæc scit in quali quâtitate & qualitate homini alimēta debeantur; quantum temporis debeat impendere ad laborem, ad distractionem, ad somnum, & qualis debeat esse mensura in omnibus rebus. Ipsa hoc scit; & id quod quam maximè admirari debemus, est, quod habeat motus internos, & certos modos nobis loquendi, & miraculosè intelligibiles, nos commonendi. Ad minimum homo prudens eos valde bene audit, nec solet decipi. Potest dici, quod una ex suis principalioribus & pulchrioribus scientiis sit distinguere vocem rectæ rationis & necessitatis cum voce passionum, & quod una ex suis sanctoribus, & melius observatis Regulis sit, his nihil concedere, & illis nihil denegare.

Unus ex antiquis Scriptoribus valde bene dixit, quod ex importantissimis negotiis Sipientiæ in humano ingenio sit, bene distinguere omnes voces, qui sunt

in homine, quarum septem notantur: Ratio, Instinctus, Capitositas, Cupiditas, Tentatio, Inspiratio, & Gratia. Quælibet ex his in nobis stabilita habet suam vocem aut motum internum, per quem nos impellit facere eas actiones quæ ipsi placent, & velle ea quæ ipsa vult,

Illorum fines sunt infinitè differentes & sibi oppositi, sed major difficultas & origo omnium nostrarum infelicitatum est, quod illarum voces sint sibi similes, & quod facillimum sit se in illis decipere.

Cupiditas ostendit se, quasi esset vox rationis & necessitatis: Capitositas vox instinctus & naturæ; Tentatio verò inspirationis & gratiæ. Accipere unam pro altera, resistere his & consentire illis, est perire.

Felices illi qui sunt sapientes: Sapientia sola scit distinguere has voces confusas. In unoquoque motu quem sentimus, & in unoquoque verbo, quod accipimus in nostro corde, illa nos commonet, quis sit, qui loquatur.

Inde provenit illa admirabilis intel-

intelligentia hominum sapientum eligendi media pro conservatione suae sanitatis, & sequendi ordinationem huius Medici, qui cognoscit interna, & est in medio eorum.

Infelicitas omnium aliorum Medicorum est, quòd visum suum eousque extendere non valeant; Ipsi enim tantum vident exteriora alicujus Infirmi, & divinant reliqua per conjecturas.

REGULÀ DECIMA NONA.

*Vtere, quasi homo frugibus quae tibi apponuntur. Eccl. 31.*

PARAPHRASIS.

*Nutrias te ut vivas, & non comedam quam pro tuo nutrimento. Non accipe quam id quod vult natura, & quantum ipsi necessarium est pro sustentatione virium & vitae. Nihil detur cupiditati, nec animum tuum perdeat, aut timeas assimilari bestiis, in actionibus, in quibus nobis assimilamur.*

tur, & nobiscum sunt communes.

Cor splendidum & honestum principaliter est in epulis, vult enim ut mensa sua habeat aliquem saporē suā nobilitatis, puritatis, & nitōris spiritualis. Mensa malè ordinata denotat spiritum negligentem, & vitam irregularem.

Non inhareas prandis sumptuosis, ubi disputandum est, seque affligendum pro honore obtinendo, quis ex tota societate sit minus modestus ac sobrius. Hoc est bellum, in quo plurimi miserabiliter in lecto vituperii demortui sunt inter omnia crimina & opprobria brutalitatis; nec enim est mors hāc infamior & funestior.

Prandia inordinata sunt parricida totius hominis: Poena hodierna intemperantiae est adhuc eadem quae fuit primi peccatoris, nempe ipsa mors.

Differentia est, quod inordinata Comestio primi hominis causaverit nobis mortem etiam in senectute & decrepita aetate; nostra propria verò nobis mortem causet in ipsa juventute. Pauci homi-



homines moriuntur, quia sunt senes,  
plurimi & plerique omnes quia nimis  
multum comederunt.

Vinum fuit creatum pro exhilarando &  
fortificando, non verò pro extinguen-  
daratione, & debilitandis animi viri-  
bus.

Vinum moderatè sumptum est fortitudo  
animi, exultatio cordis & sanitas  
corporis.

## REFLEXIO.

**C**ORpus humanum quando sustentatur  
per animam mortalem, est rectissi-  
mum & pulcherrimum omnium corpo-  
rum; sed quando est separatum ab ani-  
ma, formidabilissimum omnium cada-  
verum, non est horribilior putredo visibilis  
nec fætor insupportabilior.

Similiter actio potûs & esûs, quando  
est mortua, nec animata aliquâ bonâ &  
spirituali opinione, aut intentione pla-  
cendi Deo, absque dubio est actio vitu-  
perabilis, & homine indigna, quamque  
Angeli averfantur.

Sed

Sed quando sustentatur & relevatur cum hac supernaturali intentione, est honorabilis & sancta, & habemus paucas res aut actiones exteriores, quæ distinguant nostram dignitatem aut differentiam à bestiis, quam hanc, quæ aliàs nos videtur in eodem cum illis gradu ponere, & eorum conditioni assimilari.

Regula bestiarum est, quod quâlibet horâ, turpiter, cum aviditate & solitariè comedant; ita ut cum difficultate admittant societatem alicujus alterius bestię. Mensa hominum debet è contrario monstrare signa suæ magnitudinis, & ejus supremæ authoritatis, ut appareat nitôr, ordo, magnificentia, & aliæ Regales virtutes, quæ debent elucêre in Domino animalium, dum comedit, ut distinguatur à suis Sclavis.

Oportet ut ad certas horas ordinetur, quod nec pauperibus impossibile est; ut talis mensa sit nitida, quod & facile est pauperibus; ut honesta sit & communis Amicis, quod est indispensabile

labile Principibus, & in majori gradu constitutis, & ordinarium illis, qui aliquid bonorum & generosi animi possident, & qui cogitant se nullam rem habere, cujus non habeant partem illi, quos amant.

Ipsi Angeli secundum mentem Sancti Genevensis Episcopi in hoc sibi non dispensarent, si transformarentur in homines, & conversarentur cum illis, vellent enim vivere ut Angeli excepta mensa. Hic est honor naturæ spiritualis, posse descendere ad similitudinem bestiarum per actiones, in quibus illa minus quam unquam ipsis assimilatur, & ubi magis quam in quacunque alia occasione apparet, quod homo sit infinite elevatus supra bestias.

### REGULA VIGESIMA.

*Si dormieris, non timebis: quiesces  
& suavis erit somnus tuus.*  
Prov. 3.

#### PARAPHRASIS.

*Si es fidelis Deo de die, dormies absque timore*

timore de nocte, transiges eam feliciter, & nihil erit, quod te impediet hac frui quiete; Somnus tuus erit perfectus, quia communis erit corpori & anima.

## REFLEXIO.

Somnus justissimè positus est ad gradum benedictionum & dulcedinum, quas placuit divinæ bonitati inter amaritudines & pœnas hujus miserabilis vitæ.

Non possumus illum meliùs vocare, quàm donum quod provenit omni die ex parte Creatoris, & quod ingreditur in nostras venas tanquam remedium præveniens nostras infirmitates, & tanquam solatium reparans nostras vires ad interrompendum nostros labores & displicentias uniuscujusque diei.

Sanctus Augustinus vocat inventionem alicujus adorabilis misericordix, quæ sicut Mater apud cunas amatæ suæ prolis, omni vespere se apud nos insinuat, ut nos suaviter juvet ad obdormiendum, & ut abigat omnia, quæ nos  
de

de nocte incommodare possent, illis omnibus se opponendo, ut perfectâ quiete fruamur.

Scit abigere curas, timores, inquietudines, omnes cogitationes alicujus processûs, negotiorum & aliarum actionum. Ipsa est, quæ illis in transitu se opponit; quæ ipsis novit occludere aditus ad nostrum cerebrum & animum per certos vapores, quos inopinatè extrahit de suis thesauris, quos reddit impenetrabiles ipsorum viribus.

Ipsa pariter est, quæ scit impedire, ne nostra mens se ipsam incommodet, & ne transigat horas somni, laborando, & se indiscretè occupando. Ipsa huic, ita loquendo, ligat manus; & ita dicendo, ipsa per certas catenas cognitæ sapien- tiæ affigit omnes facultates nostræ animæ quieti, & has integrâ nocte tenet in statu alicujus immobilitatis. Sed hæc omnia tam suaviter & cum tali attenta bonitate, ut nihil, quod nobis nocere possit, facere queant, ut in medio harum intricationum & violentiarum, quas patimur, complacentiam sentiamus.

Dor-

*Dormies & suavis erit somnus  
tuus.*

Denique si secundum opinionem  
Sanctorum Patrum, supra hæc verba  
Domini nostri, *Lazarus noster, dormit.*  
sit esse mortuum, esse in tali statu, debe-  
remus addiscere dum obdormimus, quod  
nihil dulcius sit quam mori.

Dico igitur, quod somnus in nobis sit  
ex miraculis Providentiæ. Ita ut sit ali-  
qua illusio id, quod aliqui dixerunt, de-  
bere hominem sapientem pudere in som-  
no videri ab Angelis. Nam Angeli ipsi  
huc venerunt deorsum videndi Deum  
dormientem in cunis, ubi illum sapius  
viderunt, attamen semper adorârunt cum  
tali respectu, sicut ipsum adorant in pa-  
radiso.

Absit ut somnus nobis sit aliqua infam-  
ia; hinc non sine causa sapientes Do-  
ctores ausi fu erunt dicere, quod sit status  
valde honorabilis nostræ naturæ, & unus  
ex minus contrariis gratiæ.

Personæ devotæ conqueruntur, quod  
de die non transeat hora, qua non  
cadant in quosdam leves errores, &  
non

non displiceant Deo per casus & inevitabiles fragilitates. Hoc infortunium ipsi non accidit de nocte; tempus somni est unicum tempus, quo perfectè conservant suam innocentiam. Gratia & virtus quam habent tempore quo obdormiunt, invenitur integra & inviolata in momento quo expergefiunt. Ipsorum felix anima circumdata vaporibus, sicut dixi, est sicut Sol sub tenebrosa nube absconditus; qui quamvis coopertus hac horribili obscuritate, nihil perdit de suo splendore; exit enim tam luminosus & tam pulcher, quàm antea fuerat.

Adhuc amplius dico, & hoc quidem secundum Sanctos Patres; qui hoc ipsum probaverunt, & secundum Doctores, qui hoc scripserunt. Id quod nunquam accidit Soli, ut appareat in medio nubium & pluviarum quæ ipsum cooperiunt, Astrum splendidius & pulchrius quàm tempore serenitatis, hoc accidit magnis Sanctis tempore somni. Hoc tempore electo à Deo Principes Apostolorum, Discipuli amati, Magdalene, Catharinæ, Theresiæ & alii illustriores

Sancti

Sancti fuerunt elevati ad gradum Sera-  
phinorum per extases & actus sublimio-  
res Amoris & sanctitatis. *Ego dormio, &  
cor meum vigilat.* Nunc non est tempus  
explicandi hæc verba, nimis à meo pro-  
posito discederem: Sed veniamus ad ip-  
sam rem.

Non possum negare, quod facilè sit,  
corrumpere somnum & eum permutare  
in aliquam vituperosam brutalitatem. In-  
fortunium, quod nunquam deberet vi-  
deri, dicit Sanctus Chrysostomus, quod  
tamen sæpius videtur, & accidit, dum  
nos preparantes ad dormiendum, obli-  
vifcimus Regulas observare, quas Sa-  
pientia & Providentia nobis præscripse-  
rant, ne dormiamus tanquam bestia.

In effectu fatendum est, quod homo,  
qui postquam brutaliter tanquam Atheus  
mensæ affecerit, & corpus & animam  
in lutum per scandalosam ebrietatem im-  
merferit, se projicit ad lectum & obdor-  
mit in conspectu Cœli, sit certò specta-  
culum vituperosissimum. Etiam si esset  
Holofernes circumdatus ab exercitu  
centum millium hominum, omnes hi

*Liber II.*

h

adora-



adoratus ab exercitu centum millium hominum, omnes hi adoratores non impedient, quò minus sit horror Angelorum & victima unius fœminæ, quæ ipsi caput abscindat, & in triumphum portet, interim dum dæmones secum trahunt ad infernum remanentem partem hujus ebrui cadaveris. *Quasi cadaver putridum, illamentatus atque insepultus, descendas in profundum lacu.*

Talis modus dormiendi & certissime opprobrium infelicissimum, quod possit homini accidere. Rex Sedecias resciens, quod serviverit recreationi Aulae Babylonicae, dum tali modo dormivisset, ex displicentia fuit mortuus. Alexandri, Socrates, Catones, & alii ex antiquioribus sapientibus erubuerunt antequam adhuc totaliter expergescerent, retinentes in medio hujus suæ stultitiæ satis luminis, hanc dignoscendi, & ad lachrymas usque se affligendi, quas etsi coram hominibus abscondissent, non potuissent tamen illas abscondere suæ conscientia.

Non affirmo, quod sit inventio propria nostrum somnum reddendi pacatum & honestum, habere multitudinem ro-

luptat  
in cul  
mus. A  
dio to  
peccat  
mili c  
nus, &  
morur  
mili h  
consta  
portet  
tristibu  
Mense  
mer av  
pro me  
tatum,  
pauper  
inquier  
tionū:  
Rece  
grederi  
mili p  
Dei, c  
mortis  
Quo  
lum h  
endi i

luptatum & congregatarum divitiarum  
in cubiculo & circa lectum ubi dormi-  
mus. Ah! qualis modus dormiendi in me-  
dio tot debitorum, tot latrociniorum, &  
peccatorum! Quot talium vocum in si-  
mili camera aut cubiculo, dicit Salvia-  
nus, & quot horribilium tota nocte cla-  
morum, qui audiuntur à conscientia si-  
milis hominis, cujus miserabilis somnus  
constat tot pecunias & tot crimina? O-  
portet ut horas quietis suæ transigat in  
tristibus cogitationibus, sibi ipsi dicendo.

*Menses vacuos & noctes laboriosas enu-  
meravi mihi.* A viginti annis nihil feci  
pro mea salute, dies mei fuerunt dies ebrie-  
tatum, impietatum, & crudelitatum erga  
pauperes, & meæ noctes fuerunt noctes  
inquietudinum, tormentorum & despera-  
tionum: *Menses vacuos, & noctes laboriosas.*

Recordare dum ad quiescendum in-  
gredieris tam superbum lectum, quod in  
simili pariter Balthasar viderit manum  
Dei, quæ muro inscripsit decretum suæ  
mortis & damnationis in cælo decretatæ.

Quod & malo titulo facti divites,  
cum haberent complacentiam se vi-  
vendi in magnificis lectis, audiverint.

voce Angelorum, qui ipsis ad auriculam dixerunt: Expectamini in altero mandato, oportet mori intra horam. *Et hac qua parasti, cuius erunt?*

Quod pariter Antiochi loco alicuius dulcis somni, quem quæsierunt, ibidem invenerint flammam incensam in suis visceribus, & commixtas cum doloribus Cholice, & convulsionibus qui illis confarunt clamores damnatorum, & qui hunc pulchrum lectum commutarent in theatrum, in quo interiores Carnifices ipsos pluribus mensibus dilacerarunt usque ad illum diem, in quo supervenit mors illos ex eorum manibus extraxit & demonibus subiecit. *Mortuus est & sepultus in inferno.*

Ego nimis procul discedo. Propositio, quam dixi, est verissima, quod formatus in nobis secundum ordinationem, & Regulas divinæ Providentiæ sit status, qui nobis est tam gloriosus quàm necessarius.

Regulæ hujus Providentiæ sunt ordinatæ secundum tuum interesse & tuas necessitates. Ordina & tuas regulas secundum

dum illius voluntatem, conforma illi tam exactè quàm potes, tuos mores pronos ad ejsdem mandata & consilia.

Desideras ut tuus somnus sit suavis & placatus; Providentia idem desiderat.

Hæc ideo elegit tempus tenebrarum; ne elige diem, & ne ponas te ad dormiendum, dum Sol oritur, neque horâ quintâ matutinâ.

Ipsa vult ne impendas amplius quàm septem aut octo horas ad dormiendum, non impende decem aut undecim. Nota id quod dicunt Medici, quod aliquis, qui permanet in lecto usque ad decimam aut undecimam horam, surgat semper infirmior; & quod adjungunt Casistæ, semper minus innocens & minus castus, quàm intraverit.

Oculi Dei horrorem habent te ibidem usque ad meridiem videndi; dicit Sanctus Gregorius; & si tibi accidit ibidem tam tardè permanere, apparebit umbra Salomonis in tuo cubiculo, quæ te per brachium accipiet, & tibi dicet ea verba, quæ ipsi olim fuerant inspirata, ut dicantur

h. 2

tur

tur pigris omnium sæculorum. Usqueque piger dormies? quando consurges e somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus ut dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Quousque piger dormitabis? nonne sufficienter fricasti oculos ad illos tandem aperiendos? nonne satis fricasti brachia ad illa extendenda? tute levas, & iterum cadis super cervical, petis parum temporis, iterum parum, & tertiã vice iterum parum, dum interim maledictio Dei fruat ingredi domum tuam, confusionem, libertinam licentiam, & paupertatem, quæ tam parum tuam, quam ditiores timent domos. *Pauperies quasi vir armatus.*

Hoc non est totum. Nam eadem Providentia tibi sollicitè mandat, ut placeat & feliciter dormias, & ut de die tuo labori vaces & tuis negotiis, ita ut vespere, dum tempus dormiendi imminet, in tuo corpore aliquid fatigationis & lassitudinis remaneat, sed nulla inquietudo in mente, nec ullum peccatum in tua conscientia, nec ullus motus in tuis passionibus.

nibus, vel quidcunque esse possit, quod  
aperiat portas vigiliarum contra omnem  
curam bonitatis, quæ pro te vigilat. O-  
perâre tam bene, ut omnes tuæ intentio-  
nes, tua cœpta, spes & gaudia, sicut &  
omnes tristitiæ tecum obdormiant, ut  
uno verbo sit magnum silentium in ani-  
ma tua, & non turbetur nec per seipsum,  
nec per clamores tuæ domus, ut justè clau-  
dendo oculos dicere valeat. *In pace in id-  
ipsum dormiam & requiescam; quoniam  
tu Domine singulariter in spe constituisti  
me.*

Ultima & importantissima Regula est,  
ut tua ultima actio ante somnum, & prima  
postquam evigilas, sit Oratio. Et hæc  
sit principium & finis uniuscujusque  
diei tuæ vitæ. Habe sæpius in mente  
hanc pulchram propositionem Sancto-  
rum Patrum, quod somnus sit figura  
mortis, & expergefactio sit figura no-  
stræ futuræ resurrectionis. Ultimum  
verbum hominis morientis est recom-  
mendare animam Deo: *In manus  
tuas Domine commendo spiritum  
meum.* Primum verbum hominis  
refusci-

refuscitati erit adorare Deum, & extendendo brachia se elevare erga illum per actus Amoris & perfectæ sanctitatis: *Dormivi & somnum cœpi, & exurrexi & adhuc sum tecum.* Ecce veram methodum devotionis Christianorum, quilibet die eorum vitæ.

Reminiscere ejus quod tibi dixi in alio loco, quod omne tempus sit proprium ad exercitia sancti Amoris, quia omni tempore Deus, quem amas, est apud te. Quando Sol recedit, Ipse tamen à te se non retrahit. Deus invenitur vesperi apud tuum Cervical, ut tecum conversetur primo silentio noctis per secretas inspirationes, & ad te juvandum, ut sanctè obdormias inter delectationes & dulcedines hujus internæ Conversationis.

Etiam invenitur matutino tempore ad audiendum ex tuo ore aliquod verbum confidentiæ, ut sit depositaria tuarum sollicitudinum uniuscujusque diei. Sed quemadmodum ipse non desinit comparere ante te, in momento quo evigilas, non desine pariter ex tua parte ad eum vertere oculos tuos, & brachia

brachia tua extendere. *Anima mea desideravit te in nocte : Sed & spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te.*  
 Ah ! mi Amantissime , dixit quaedam anima sancta , quàm ego rememorata sum tui hac totâ noctê , & quantas mihi causaſti lachrymas. *De mane vigilabo ad te.* Non dubita mi Amantissime , quod te amem , cum videas , quod primi motus mei cordis , dum expergefio , ſint audire hanc novam felicitatem , quod me etiam hodie ames , & quod non tam procul à me diſceſſeris , quàm mihi per meos timores imaginatus fuerim.

## REGULA VIGESIMA PRIMA.

*Non habet amaritudinem converſatio illius , nec tadium conviçtus illius. Sap. 8.*

## PARAPHRASIS.

*Illi qui familiariter cum Deo converſantur , addiſcunt ſapienter cum hominibus converſari , non eſt amplius ali-*  
 h 5 qua



qua amaritudo & morositas in illorum mente, nec discursus radiosus & importunus in ipsorum Conversationibus.

Si volumus placere hominibus in nostris domesticis Conversationibus, observemus illas Regulas, quas ne displicemus Deo, in internis nostris meditationibus observare debemus.

## REFLEXIO.

**I**Nter recreationes inventas à natura pro sublevandis molestiis nostri exitii & nostræ vitæ mortalis, una ex suavioribus, & honestioribus est conversatio animus cum altero, & frequentatio sociatarum.

Hæc inclinatio mutuò communicandi nostras cogitationes, nascitur in nobis cum nostra anima immortalis: Provenit ex eadem origine, hoc est ex sinu Dei. Una & altera formata est ad exemplum ejus, quod fit in æternitate inter tres personas Sanctissimæ Trinitatis; Personæ admirabiles & infinitè beatæ, quia earum conver-

conversatio & communicatio est æterna.

Conversatio cum sui similibus est æternitas Dei, vita Angelorum, remedium hominum, stantibus curis & molestiis eorum mortalitatis & vitæ hujus temporalis cum bestiis, supra quas una ex gloriosioribus privilegiis est, quod illæ istud non habeant remedium.

Nihilominus non est res tædiosior, quam quod inter mores divinè in nobis institutos, quos natura & gratia ibidem stabilivit, non sit aliquis, in quem plures incurrant errores, quàm iste qui tam turpiter sit corruptus.

Unusquisque scit, quomodo res in conversationibus agantur; Quot linguæ impudicæ & detractoriæ ibidem causaverint peccata, & lachrymas, & quot infortunia causata fuerint.

Remedium desuper quaritur, & quidem jam à longo tempore, nemo tamen se jactat ejus inventorem, credi-

h 6

bile

bile etiam est, quod nunquam invenitur. Timeamus igitur & non credamus, quod quislibet homo possit facile obligationes vitæ civilis adimplere, Conversationibus adesse, & frequentare societates absque damno Conscientiæ & fidelitatis, quam debet Deo, & obligationis, ne quis se manifesto periculo exponat offendendi Deum mortaliter.

Si desideras scire media; Sancti Patres & Magistri vitæ spiritualis tibi plurimum offerunt; & ecce parvum Compendium consiliorum & instructionum in hac materia.

I. Dum invitaris, dicit Salomon, ad frequentandas societates, ubi presentatur venenum absconditum sub deliciis lacte; & ubi enormia crimina miscentur cum amabilibus voluptatibus, hoc dum te aliquis cogit intrare domos, quibus rarissimè redis cum paucioribus culpis & peccatis, ex quacunque ratione rogeris, aut violentia cogaris, habe difficultatem consentiendi. Ne ga & constanter nega, & non es quartus

quærendo delicias, nec etiam peccata in tali loco, ubi invenis mortem & infernum. *Via inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.* Prov. 7.

2. Dum es in conversationibus & societatibus, ad quas innocenter intrasti, non prævidendo aliquod malum aut periculum, si tamen ibidem aliquod inveniretur, dicit sanctus Joannes Evangelista, statim quo illud sentis, & audis audacter enunciari blasphemias, aut verba impudica, quæ te scandalizant, & quæ faciunt tremere tuam conscientiam; recede absque ulteriori deliberatione, & non relinque longiori tempore tuam salutem expositam huic pestifero aëri in tali loco & inter tot personas quæ te circumdant, & quæ impunè ridet cuncte, ex quibus fortè nulla est, quæ non jam pestem aut peccatum habeat in corde: *Exite de illa populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.*

3. Si verò res ita essent dispositæ, ut non sit permissum capere fugam, accipe nihilominus libertatem loquendi, & te

audacter declarandi. Fac sicut Prophe-  
ta Isaias , arma tuos oculos zelo Sera-  
phinorum ; Fac tibi frontem ex cha-  
lybe aut marmore , quæ nullum ru-  
borem aut molliem admittat , cor im-  
petuosum & intrepidum. In tali statu  
offer te illis libertinis , qui nullum ha-  
bent respectum Dei , tam parum quam  
tuæ personæ , & per aliquam genero-  
sam ostentationem cooperias faciem  
tuam contra illorum opprobria , & po-  
ne illis ante oculos infamias eorum bru-  
talitatis. *Ut videant , & sentiant , & ve-  
rantur.* Hæc fuerat antiquorum Pro-  
phetarum , & adhuc est methodus vero-  
rum Sanctorum Ecclesiæ Filii Dei.

4. Si nihilominus agnoscis, quod non  
habeas audaciam , & necessarias vires ad  
bene operandum in simili occasione ,  
& si iudicas , quod loco confusionis &  
conversionis peccatorum , hi potius ex-  
inde scandalizarent adhuc amplius totam  
societatem , & redderent devotionem  
& devotos ridiculos : Tace potius,  
dicit Propheta , sed sine loqui tuam  
faciem.

Oportet

Oportet ut impii videant in tua fronte & in tuis oculis horrorem & tristitiam mortalem, quam sensisti, dum ipsi os suum aperirent, & dum in præsentia multorum honestorum hominum ausi fuerant impudenter evomere omnia lasciva & corrupta, quæ habuerunt in anima sua.

*Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Nihil dicas, tristem tamen te ostendas. Hic modus correctionis habet sæpe potestatem super peccatores, qui sunt invincibiles per minas & violentiam.

Imitari licet illam generosam & Religiosam filiam sanctæ Claræ, quæ dum audivisset aliqua impudica complementa sibi ab impiis juvenibus facta, fecit apparere in facie ardores unius terribilis cholerae, & subito postea pallores unius inconsolabilis & morientis tristitiæ, unum & alterum tot lachrymis conjunctum, & compassione dignum, ut hi infelices sentirent harum effectum eadem horâ, secesserint

rint inclinatis oculis, & ostenderint po-  
stea intra tres circiter dies initium unius  
poenitentiae, quae duravit usque ad illorum  
mortem. *Per tristitiam vultus corrigi-  
tur animus delinquentis.*

Post haec omnia una pulcherrima actio  
humani ingenii in similibus occasionibus  
est, ut homo sapiens, potens in lingua &  
bonis cogitationibus, absque aliquo alio  
dicto, ex quo personae immodestae pos-  
sent conqueri, dum videt, quod hi ve-  
lint accipere libertatem ridendi super my-  
steriis Religionis, & dum audit primam  
verbum alicujus impii discursus, scit cum  
dexteritate hos rumpere, & in illorum  
locum proferre quasdam speciosas pro-  
positiones proprias, & tales quae attra-  
hant oculos, aures & attentionem totius  
societatis, & hoc tali modo, ut inducat  
ipsos Libertinos cum pudore ad compa-  
rationem suarum turpium & lutearum  
cogitationum, cum suis nobilibus con-  
versationibus.

Hoc erat artificium quo utebatur Sa-  
lomon, dum ante suum thronum videret  
Principes paganos, qui vellent indiscretè  
ratiocinari.

ratiocinari contra veritates suæ Religio-  
nis, absque ulla demonstratione, ac si  
haberet intentionem contradicendi, vel  
ipsis remonstrandi eorum ignorantiam,  
incepit illis ostendere magnitudinem Dei,  
quem adoraret, loquendo tam divinè, &  
ipsum tam altè elevando per admiratio-  
nem rerum quas proferebat, ut plures  
horas desuper transigerent in solis deli-  
ciosis cogitationibus tenendo toto hoc  
tempore digitum super labia sua, ne exi-  
ret aliquod verbum aut aliquis halitus qui  
illos interrumperet. *Sermocinante me  
plura, manus ori suo imponent.*

Hæc est pulchra actio & miraculosa in-  
ventio deflectendi à malis discursibus, sed  
ut ingenuè confitear, est nimis pulchra,  
ut eam pro exemplo proponam.

Admiratione dignus est homo, qui ta-  
liter loquitur, sed qualis modus cum imi-  
tandi? esset certò tædiosissimum, si in-  
sipientiores ipso præsumerent hoc velle  
facere.

Quia sicut nihil jucundius & divinius  
est eloquentiâ alicujus Salomonis, qui di-  
gnè scit loqui in societatibus super aliquâ  
propo-



propositione improvisa, & per plures horas desuper cum condigna admiratione conversari; Sic etiam est tædiosissimum esse in conversatione cum talibus personis, qui semper sine interruptione, sed ineptè loquuntur.

Illi nihilominus non sunt timendi, hi verò diligenter vitandi.

Notavi quod personæ indiscretæ sint tales in societatibus, quales in aliqua economia vocamus præcipitativos & turbulentos. Nam ubi hæc inveniuntur, semper aliquid invertitur, frangitur, aut destruitur, & semper causa est conquerendi & irascendi. Hoc accidit in mutuis conversationibus & visitationibus. Nam sicut inveniuntur multæ personæ, & loquuntur de infinitis rebus, ita etiam superveniunt accidentia, super quæ non amplius cogitamus, aut non habemus curam ea removendi. Ordinariè conatur unus alterum innocenter vexare, & per mutuas oppositiones unus erga alterum hoc bellum amicitia

gere

gerere : sed dum inveniuntur homines sine discretionē , & sine iudicio , qui nesciunt regulas civilitatis , nec sensus communis , infortunium est cum talibus convenire. Nam semper in talibus præsentis lusibus , & parvis ingenii bellis aliquis ictus invenitur , qui non est jocosus , sed potius serius , semper aliquod ingenium læditur , aliquod importans secretum aperitur , aliqua confidentia proditur , aliquis homo honoratus dolet , quod illuc venerit , & fuerit malè tractatus per stultos , qui ejus ceremonias & honesta complementa pro injuriis habuerunt ; semper aliquis cujusdam ingenii zelotipi & delectati recedit in fundo cordis cum ictu mortali.

*Non habet amaritudinem conversatio illius , nec tedium convictus illius.* Proprium sapientiæ est , reddere conversationes similes conversationibus Angelorum , & nos facere sentire omnia gaudia ingeniosa & spiritualia in talibus familiaritatibus animarum quæ se perfectè amant.

Homo sapiens in suis conversationibus

bus habet modos loquendi & cor suum aperiendi suis amicis, & modos ridendi & letandi cum omni libertate, quam amicitia tribuit, & hoc quidem non definendo esse admirabiliter sapientem, nec committendo aliquos errores contra regulas respectus & modestie.

Cum verò oportet comparere in diebus alicujus magnificentie aut recreationis, & in oculis lertitie publicae, ubi ipsum coelum requirit, ut cum ædificatione in honoratis societatibus compareat, & se conformet aliorum exemplo secundum regulas decentie & obligationis scilicet reddere serenam suam faciem & suum ingenium, exhilarando eos cum quibus conversatur, inspirando eodem tempore sentimenta devotionis potentiora & dulciora, quam inspiret in aliqua Ecclesia sylvestris & coacta modestia animarum scrupulosarum.

Interrogas fortè in quo libro sapientia scripserit regulas hujus miraculose Regimini, secundum quod aliquis se gerere debeat. Respondeo in nullo libro. Sapientia mittit homines ad societates sicut

ad negotia, nec unicum verbum ipsis dicendo. *Mitte sapientem, & nil dicas illi.* Sed quando ibi sunt, hæc sapientia ipsis secretò inspirat verba quæ debent dicere, & actiones quas debent facere.

Includo totum hoc negotium in his duobus verbis, quæ sunt duo consilia. Primum est, *sis sapiens*: Secundum, quando eris sapiens, frequenter audacter societas, & fac quæ tibi placent.

#### REGULA VIGESIMA SECUNDA.

*Proposui hanc adducere mihi ad convivendum, sciens, quoniam mecum communicabit de bono.*  
Sap. 8.

#### PARAPHRASIS.

*In corde meo inveni pacem conversando cum Deo: Præsentia ipsius est aurora, quæ propellendo tenebras, facit quiescere ventos, & dissipat tempestates pariendo in homine unam celestem tranquillitatem.*

*Inter*

Inter principales felicitates huius vite est pax & quies interior, quam Salvator moriendo reliquit mundo, ut sit hereditas predestinatis.

Perdimus hanc quietem in pluribus & differentibus occasionibus. Ecce differentes Regulas, quae te iuvabunt prevenire hanc confusionem, & non relinquent ingredi apud te concursum imprevisorum accidentium, quae ab extra proveniunt. Verum est talium accidentium concursus erit frequens; sed pax, dicit sponsa, invenitur, ubi Deus est, & ubi ego fortiter habeo conversandi cum Deo.

## REFLEXIO.

**D**Ixi quod hi concursus sint frequentes, possum certò dicere quod sint universales.

Multi sunt venti & motus in aëre quem respiramus; multi super terram in qua vivimus, & quos appellamus immobiles: Multi etiam & plures quam

alibi, i  
tat, &  
cogita  
non si  
tione  
Sim  
tates  
rò die  
nos or  
farum  
ut nos  
animu  
portat  
rum t  
nant,  
ventib  
mirati  
non in  
miscer  
turbar  
los im  
conter  
los flu  
passio  
Du  
portu  
alibi,

alibi, in anima immortalis quæ non sustentat, & ubi rarò transigitur hora, in qua cogitationes inter se non agitentur, & non sit aliqua disconvenientia inter rationem & passiones.

Similiter Urbes, Provinciæ, societates hominum sunt tot maria, ubi rarò dies videntur tranquillæ; Navigamus nos omnes in medio harum tempestuosarum cogitationum, sed necesse non est, ut noster animus agitetur, nam hominis animus non dependet à navis, quæ eum portat, & adhuc minus à fragore harum tempestatum, quæ circa eum tonant, nec etiam ab illis magnis & novis eventibus, qui tot personas rapiunt in admirationem. Auditalia nova, sed te illis non immisceas; Aspice eos, qui se immiscent, & apparent in medio harum turbarum eundo & redeundo, quo hæ illos impellunt. Nihil suavius est, quàm contemplari cum sua anima tranquilla illos fluctus qui elevantur in corde, ubi passiones impunè regnant.

Dum ventus se levat, curramus ad portum, eamus ad Deum, & quamdiu  
tempe

tempestatas continuat, maneamus apud hunc dilectum Sponsum, conversando cum ipso, & inter suavitates hujus divine conversationis obfirmemus nos ejus brachiis, & aspiciamus has agitationes Populorum proferendo desuper nostras opiniones.

Communica in talibus occasionibus cum Deo, sicut solemus communicare cum personis quas amamus. Dum enim accidit aliqua imprævisa mutatio in negotiis publicis, & dum incipiunt currere aliqua importantia nova, complacentiam habemus ea narrandi, & unus alteri desuper suas communicandi opiniones & conjecturas. Sume hanc complacentiam apud Deum, & ostende ipsi, quid putes, & quid tibi dictum fuerit. Verum est quod illud jam sciat, & quod sciverit, in tequam aliquis homo ipsi locutus fuisset, sed non minus verum est, quod te amet, & velit per te audire, non solummodo id quod fit in tua domo & in tuo cubiculo, sed etiam id quod agitur in Republica & inter populum. Dum audis loqui de aliqua re, quæ extraordinariè & inopinè

accidit,

accidit  
sus,  
ideò  
vaver  
sint  
tus in  
quoc  
miat  
do,  
ipsi  
mar  
Deu  
quo  
hor  
sint  
per  
usq  
li al  
esse  
tium  
ven  
pili  
in  
hor  
rite  
gan

accidit, & de qua habentur diversi discursus, vade conversari cum illo, qui te ideò expectat. Dic ipsi sicut David, elevarunt flumina vocem suam, quod sint tempestates in mari, magni tumultus in mundo; quod fortuna agitetur, quod immutet negotia orbis & loca hominum, illos deprimendo, & elevando, ita ut difficile sit credere, quamvis ipsi oculi sint testes: *Mirabiles elationes maris.* Sed & hoc potes dicere. O mi Deus! Id quod vel maxime miror est, quod dum hi deponuntur, alii supra horum ruinas elevati cogitent, quod sint in perpetuum eò locati, ubi modò permanent. Hi parvi papiliones elevati usque ad nubes, considerant se in tali altitudine cum tali arrogantia, ac si essent collocati supra ipsa culmina montium, & obliviscuntur, quod tantum ventus illos sustineat. Omnes hi papiliones pulsi in altum per fortunam, in momento comparent, & eadem horâ, quâ ex abyssu egrediuntur, pariter illuc redeunt. Superbi & arrogantes, qui dum in altum & tam pro-

*Liber II.*

i

cul



cul ex suo Nihilo exurgunt, ideò elevatur, ut fortius clangor & fragor, dum cadunt, audiatur, & hæc ipsa culmina montium eorum magnitudinum ipsos facient miserabiliter perire, cadendo super eos, & deveniendo ad eorum sepulchrum.

Hæc tamen nova immutationis creaturarum parum reputanda respectu illorum novorum, quæ mihi maximè placent, & me maximè tangunt, quorum cor meum omni momento reminiscitur, & quæ Angeli sine intermissione sibi enarrant, quod nempe ille, quem amamus, non moriatur. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* Tu mihi Deus es ille ipse, qui semper fuisti, & eris in æternum immutabilis; æternitas tuæ potentie & tui verbi est gloria & felicitas eorum qui te amant: *Idem ipse es, & anni tui non deficient.* Sine me tamen tibi dicere, quod hoc mihi miraculosissimum videatur, quod eodem tempore, quo per infinitam tuam benignitatem mihi insinuas nova æternæ perseverantiae tuæ protectionis & gratiæ in mea persona

ego tibi simul insinuo nova æternitatis  
mei amoris. Cœlum & terra mutabuntur;  
Mea bona , meæ domus , mei Amici,  
mea sanitas , meum corpus , mea fortu-  
na & mea vita cum illis , mutantur omni  
momento & omni hora , sed meus a-  
mor non mutabitur. Ego te amabo tam  
diu , quàm vixero , tam diu , quàm  
spirabo , tam æternè quàm tu eris Deus  
meus. *Deus cordis mei , & pars mea ,  
Deus in æternum.*

REGULA VIGESIMA. TERTIA.

*Erit allocutio cogitationis mea , &  
tædii mei. Sap. 8.*

PARAPHRASIS.

*Deus erit depositarius mearum curarum,  
meorum timorum & meorum tædio-  
rum ; Si ipsius Providentia & Iustitia  
non permiserint , ut recipiam consola-  
tiones , quas spero , ad minimum ha-  
bebo hanc felicitatem , quod cum ipso*

locutus fuerim, & quod ipsi dederim  
evidentia signa mea confidentia & mei  
respectus.

A motibus qui apparent in mundo, pro-  
cedamus ad illos, qui nosmetipsos se-  
cretò agitant. Conversemur cum Deo  
de inquietudinibus & curis, quas sus-  
ferimus ratione nostrorum negotio-  
rum, & dicamus illi eadem verba, qua  
fuerant olim ab ipsomet dictata Spon-  
sa sancta, & qua miraculosum habue-  
runt effectum. Confirma me Domi-  
ne, & respice ad opera manuum mea-  
rum, ut hoc quod credens cogitavi  
per te fieri posse, perficiam.

## REFLEXIO.

Sunt ordinariè in nostra anima certae in-  
tentiones, in quibus omnes nostrae pas-  
siones sunt interessatae, & quae nostram im-  
aginationem diu noctuq; affixam tenent,  
ad quaerenda media, ut illas possint obti-  
nere, & obviare periculis, quae praevide-  
mus. Si in tua mente tales inveniuntur,  
loco quod de super inutiliter Creaturis lo-  
quaris

quaris, quæ te juvare & consolari neque-  
unt, loquere ad Deum, & dic ipsi desu-  
per omne id, quod cor tuum tibi ipsimet  
secretò inspirat. *Exurge in occursum  
meum & vide, tu Domine Deus virtu-  
tum.* Confiteor tibi mi Deus, quod  
ea intentio, quam scis, me agitet, ad  
quamcunque partem me vertam, nihil vi-  
deo nisi minas alicujus ruinæ & præfagia  
mali augurii. Si tu ipsemet vis illam meam  
intentionem considerare, confiteberis,  
quod sit in tristi statu, & quod dignus sim  
compassione.

Non possum nec debeo illam quidem  
derelinquere. Incepi illam in conspectu  
Angelorum & hominum, mea repu-  
tatio & conscientia ex illa dependent.  
Gloria tui nominis, cui consecravi  
meum sanguinem & meam vitam, cha-  
ritas proximi, & fidelitas debita tot  
condignis personis, quarum spes sta-  
bilitur supra meum verbum, clama-  
bunt vindictam contra me. Omnes le-  
ges alicujus indispensabilis necessitatis  
me obligant ad perseverandum & con-  
fortandum per novos conatus contra o-

omnes difficultates. Sed vires mihi defunt,  
 pecunia pariter, fides & favor. Alii  
 succursus, qui se presentarunt, dispa-  
 ruerunt, illi quos expecto, adhuc len-  
 to gradu adveniunt. Hoc peius est,  
 quod tempus citò labatur, & quod du-  
 rantibus his fortunæ procrastinationibus  
 mors accedat, & mihi denotet, quod  
 dum omnia habuero, tempus tamen de-  
 futurum. Videtur mihi, quod huius  
 vocem omni momento audiam, quasi  
 vocem alicujus inimici, qui non est pro-  
 cul, qui accurrit ut destruat & sepeliat  
 mecum omnes meas intentiones & expe-  
 ctationes. Quid possum in tali statu?

Suffer mi Deus, tu qui regis corda,  
 & ipsis inspiras id quod tibi placet, tu qui  
 in tuis manibus tenes claves thesauro-  
 rum, & scis retinere cursus temporis &  
 mortis per catenas, quas nullum fatum  
 rumpere potest. Suffer, ut te aspiciam,  
 & tibi aperiam meum dolorem. Vides  
 meas lachrymas; scio quod eodem tem-  
 pore videas mea peccata; sed scio et-  
 iam, quod tua misericordia non sit mi-  
 nor. Ego sum ingratus, sed tu es meus

Deus

Deus. Mea intentio non est tibi loquendi de miraculis, audeo solummodo flere ad tuos pedes, & quamvis nihil sim, tibi cum tremore dicere, quod in conspectu mearum lachrymarum, absque ullo meo merito, cor tuum apud te pro me exoret magnas petitiones, quas tamen omnes manus tua conferre potest.

Verum est mi charissime Magister, id quod interius vox tua mihi dicit, quod fortè successus hujus meae intentionis erit inutilior meo proximo, & minus gloriosus tuo nomini, quam erit mea patientia, & meum silentium, si permittis, ut fortuna & mors omnia destruat, & ut moriar sub ruinis mei laboris. Vel etiam vivendo pacificè in medio hujus destructionis, tibi fortè amplius placebo, quam si viverem in felicitate & illo honore me feliciter consummasse id, quod mihi inspirasti.

Tu mi Deus scies, quid tibi magis placeat, & id quod ero coram tuis oculis in uno & altero statu; Sed concede mihi ut tibi dicam, quod qui vis videre hanc humilem resignationem in animabus

mabus quas elegisti & quas diligis, tibi pariter non displiceat videre adpirationes ardentes & respectuosas, in intentionibus per quas magis glorificaris.

Tibi placet, ut tales animæ tibi cum amore & sinceritate dicant. Sum promptus ad omnia, secundum tuam voluntatem, *Mea Religio, & mea vita est adorandi leges tue sapientia, & me ibidem sacrificandi: ego me sacrifico & illas adoro.* Sed mi Deus, aspice cor meum, & non deneges tuo amori scire meas inclinationes & audire mea suspiria.

Ita certò mi divine Magister contemplor absque tremore hoc nihilum meorum intentionum & meæ personæ, quam mihi proponis; omnia, quæ in me sunt, adorant tuam Providentiam & tibi respondent: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Verùm mihi tam bene quàm Danieli imponis, ut dissimulem mea desideria, & timeam coram te suspirare. Sum nihil & adhuc minus; nihil.

nihilominus in hoc nihilo in quo sum,  
& in quo Justitia tua vult ut permaneam,  
habeo adhuc lachrymas & unam vocem,  
quæ penetrabunt ad sublimitates in quibus moraris.  
Loquor itaque & ploro cum majori confidentia,  
scio enim, quod non possis aspicere has  
lachrymas decedentes ex meis oculis, nisi  
simul velis cognoscere, quid significant.  
Dico tibi mi Deus, quod plorem ad obtinendum,  
ut consoleris in me unam ex debilibus creaturis,  
& ut glorifices in caelo tuam potentiam,  
mihi concedendo necessarios succursus ad consummandum  
opus, ad quod incipiendum tua inspiratio  
& tua gratia me obligarunt. Loquor  
cum Judith, quam sua resignatio & humilitas  
non impediverunt tibi declarandi sua desideria.  
*Confirma me Domine, & respice ad opus manuum tuarum, ut hoc quod credens cogitavi per te fieri posse, perficiam.*

Uno verbo, hoc me consolaretur maximè,  
si Angeli postquam viderunt in mea persona  
submissionem ad tua mandata, & cognoverunt sicut olim



in Abrahamo , quod sim promprus tibi  
 sacrificandi id quod mihi charissimum  
 est in mundo , & tibi immolandi meas  
 voluntates etiam justissimas & sanctissi-  
 mas , tibi dicere possent , id quod tibi  
 olim dixerunt ratione David : *Deside-  
 rium anima eius tribuisti ei, & voluntate  
 labiorum eius non fraudasti eum.*

Confiteor ô mi Deus! quod meâ perso-  
 nâ non indigeas, ut honorêris in terra aut  
 in cœlo , quod per unicum verbum  
 possis producere miliones Angelorum,  
 & Seraphinorum , nec non miliones  
 novorum mundorum , in quibus re-  
 ciperes in termino unius diei plus ho-  
 noris , quàm à me in æternum reci-  
 pies. Confiteor ô Potentia infinita! Sed  
 tu qui omnia scis , adorabile principium  
 mearum intentionum , & centrum æ-  
 ternum meæ quietis & mei Amoris ,  
 Tu scis quod inter nostræ vitæ beatæ  
 maxima & sensibilissima cordi nostro  
 runt gaudia , videre , quomodo no-  
 stræ parvæ intentiones hic inferius in-  
 ceptæ & feliciter consummatæ per tuam  
 benedictionem sint inscrutabilis origo  
 eius

ejus gloriæ, quam ex illis parvis nostris intentionibus extrahes, & quam à te desiderare obligati sumus.

Concede mihi igitur mi Deus! adspirare ad hanc felicitatem, & à te exorare ut jungas tuas benedictiones conatibus meæ debilitatis, ut ponam meas intentiones in talem statum, in quo possim sperare, quod in æternum honoraberis. Quid enim mihi est tempus, quid ipsa æternitas, si nihil sum coram te?

## REGULA VIGESIMA QUARTA.

*Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*  
Cant. 7.

### PARAPHRASIS.

*Major pars hominum, qui se mutuo amant, & qui non sunt in pace, quam dum simul vivunt, & se mutuo possident per communicationem*  
16 *suarum*

*suarum cogitationum & intentionum, sibi saepe invicem dicunt sequentia verba: Relinquamus urbes, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

## REFLEXIO.

**V**erum est quod apparere in magno mundi theatro & ibidem cum dignitate exercere officium in Regimine aut tribunali Justitiæ sit status vitæ, in quo sunt aliquando momenta felicia, sed sapius tristes dies, & quasi semper tædiose necessitates, displicentias & tædia habendi.

Dum post sex aut septem horas transactas in Aula & laboribus, corpore & spiritu lassus redis domum querens quietem, quanta supplicantium multitudo te ad portam domus tuæ expectat, ut tibi loquatur, & sequatur te ad triclinium & cubiculum usque, rogans unusquisque illorum pro uno momento patientiæ & audientiæ, dum eodem tempore cor tuum pariter rogat pro aliquot momentis respirationis, quam

tamen

*Confilia  
Sapiaentia  
DIII  
1711*

tamen non potest obtinere? Quid omnia hæc sunt, quàm vita hominis exulantis in propria domo, & exulantis ab eo, quod sibi est charissimum in mundo?

Nota quod penes nostram propriam & particularem personam habeamus tres alias personas nobis quodammodo identicè conjunctas, & quas sentimus tam præsentem nostro cordi, quàm nostræ vitæ; volo dicere nostram familiam, nostros intimos & fideles Amicos, & supra eos omnes, Deum, nostrum Creatorem & omnia.

Taliter transigere dies integros procul ab istis nostris pretiosis conjunctis, non videre à manè usque ad noctem circa nos alias, quàm personas incognitas, importunas & insupportabiles, & homines qui non habent aliam curam & aliud negotium, quàm nos tormentandi & nos persequendi; quid hæc omnia sunt, dico adhuc unâ vice, quam vivere in vero exilio?

Sed quale remedium contra has crudeles importunitates, quale medium respirandi ad minimum per ali-

quot dies, quàm illud quod natura inuenit, & Cœlum nobis jam à longo tempore inspiravit, hoc est sumere fugam, & habere in villis unam solitudinem, ad quam possimus fugere, & illuc nobiscum accipere illas personas inseparabiles, quas nostri oculi quærunt, & quas cor nostrum requirit, dum ab illis separati sumus. *Veni dilecte mi.* dicit Uxor Marito, dicit filius Patri, dicit Amicus suo vero Amico, dicit homo sapiens sibi simili, dicit Anima devota suo Deo. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

Hic est effectus hujus felicis solitudinis, ubi tua familia ad te pertinet, & tu ad illam, & ubi nullum aliud habes negotium, quam illam videndi, & satisfaciendi lamentationibus tuæ excellentis qualitatis, cui hanc debes justitiam. Ibi sentis te iterum renasci per possessionem tot amatarum personarum, & per reditum tuæ propriæ vitæ, quæ tibi videbatur perdita in labyrintho negotiorum publicorum, ubi inveniuntur ubique

bique viæ, exceptâ illâ per quam egrediendum, & ubique personæ exceptis illis quas quærimus. *Ubi omnia nisi tu: Sed quid omnia sine te?*

Confitearis, quod probes in hoc gratioso secessu veritatem ejus dicti, quod pronuntiavit quædam magna persona, quæ hoc ultimo sæculo in Galliis emicuit, quod nempe talis homo, quem Coelum cum bona Uxore & prolibus beavit, sit in domo sua positus ad altissimum gradum honoris, ad quem ambitio aspirare valeat, & quod non sit suavius aut gloriosius Officium, quàm regere & amare in pace id quod aliquis debet amare, & id quod perfectè amat.

In hac ipsa solitudine revera possides tuum Amicum. Omnes horæ, tempus, & vita ejus sunt pro te tam bene quam pro illius persona. Ibidem dum in tuis obambulationibus & anfractibus hujus sylvestris solitudinis conversaris cum Amico, & unus alteri communicat suas reflexiones supra veritates morales historicæ aut politicæ doctrinæ,

na,

nae, & sentis quod tuae cogitationes sint ad mentem tui Amici, & quod sibi complaceat, & quod tibi pariter placeat ejus responsum, causam habetis vobis hoc celebre dicendi Complementum duorum antiquorum Confidentium. *Alter alteri theatrum sumus.* Ego sum tuum & tu meum theatrum. A te audiri, & absque fuce & adulatione laudari, mihi est major honor, & incomparabiliter suavior complacencia, quam laudari super theatro in aliquo Conventu publico, vel in aula Regum, aut in aliquo alio loco & tempore per panegyrim celebrium scriptorum. *Alter alteri theatrum sumus.*

Gaudium hujus felicitatis consummatur, dum post tales seriosos discursus frueris libertate te recreandi per discursus ad hoc adaptatos, & aperiendo unus alteri suam animam, facitis apparere omnia oblectamenta risus & jocosum, quae familiaritas conversationis cordis ad cor repullulare facit.

Ibidem recordamini ejus pulchri dicti Ciceronis ad Amanuissimum suorum Amicorum:

eorum : *Unam tecum apricationem in  
Lucretio tuo solo malim, quam ista omnia Regna.*

Juro tibi mi clarissime Attice, quod malim aliquod parvum cubiculum apud te in tua domo campestri, quam omnia regna ad quæ aspirant Duces nostrorum exercituum.

Denique anima Christiana, in hac eadem solitudine hanc habes complacentiam, quod tu ipsam perfectè possideas ; ad quam complacentiam incessanter adspiras inter curas & intricaciones tui officii quod exerces. Sed recordare quod certissimus modus te ipsum bene possidendi sit, esse perfectum cum Deo.

*Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*



REGULA



## REGULA VIGESIMA QUINTA

*Donum & pax est, electis ejus.*  
Sap. 3.

## PARAPHRASIS.

*Pax donum pretiosissimum Spiritus Sancti invenitur in cordibus & domibus Prædestinatorum.*

## RÉFLEXIO.

**P**ARUM est in aliqua familia possidere magnas divitias, si pax ibidem non invenitur. Quot domus divites & potentes factæ sunt spectacula horroris, scandalum Coeli & Orbis, per suas domesticas discordias?

Duo indomiti equi qui ingrediuntur navim ad invicem recalcitrando, & qui in hac sua pugna navim invertunt, ac secum omnes præsentis homines perire faciunt, sunt verum Symbolum alicujus Mariti & Uxoris, qui sibi qualibet die

die obijciunt suas antiquas rixas, & qui  
progrediendo ulterius portant suas la-  
mentationes, & accusant unus alteram  
coram suis Amicis & Consanguineis.  
Proles eorum malè contentæ cum Patre  
& Matre per aliquam scandalosam fa-  
ctionem conspirant in eorum infamiam  
& ruinam. Servi & famuli malo exem-  
plo suas diffamationes longè latèque  
producunt, & ubique divulgant præten-  
sam aut etiam verè disordinatam vitam  
sui Domini & Dominæ. Denique inju-  
riæ, blasphemix, & alij strepitus illo-  
rum iracundiæ, quos edunt quâlibet  
diei horâ, & qui Vicinis dant cogno-  
scere deplorabilem statum eorum men-  
tis & eorum negotiorum, sunt tot to-  
nitrua provenientia ex Cælo cum di-  
vina maledictione, ad aperiendas abyf-  
sus sub illorum pedibus, & illuc præci-  
pitandam hanc infelicem domum; ubi  
secundùm Sanctum Gregorium sunt  
tot ignes infernales interius accensi ad  
incipiendum primos actus eorum  
damnationis, quorum ultimi erunt  
meræ

meræ desperationes, qui nunquam  
fuiuntur.

Habe pacem apud te & domi tuæ. Ut  
eam habeas, sequere consilium illius  
antiqui Philosophi, qui videns homi-  
nem furore candentem, interrogavit il-  
lum, unde conceperit hanc displicen-  
tiam, & cui tantopere irasceretur? Con-  
tra meam umbram respondit hic furio-  
sus; Curro post illam ad eam firman-  
dam, sed gratis curro, gratis juro, gra-  
tis minor, & extraho gladium contra il-  
lam, ac tot modos impendo, ut illam  
meæ obedientiæ subijciam, cum nun-  
quam ad finem venire possim. Quid vis  
ab illa? Volo, dicit furiosus, ut firme-  
tur & non vacillet. Firma te ipsum, sub-  
jungit Philosophus, non fac ullum ge-  
stum, non vacilla, sic nec illa intermit-  
tet tibi obedire eadem ipsâ horâ, & se  
retinere in eo statu in quo tibi placuerit.  
Quid cogitas? adjungit Philosophus; di-  
cis tuæ umbræ, sis sapiens, & hoc di-  
cendo, ipsemet agis stultum; & obli-  
sceris, quod hæc eadem umbra non de-  
beat

beat nec possit regi per tua verba sed per tua exempla.

Fac illud quod dico: habe pacem apud te & domi tuæ, & incipe si est possibile, eam stabilire statim à prima die quâ accepisti possessionem tuæ autoritatis tibi debitæ. Hæc possessio non accipitur per subitaneas minas & declaratas primas sciatillas tuæ cholerae, quod velis esse terribilis, & quod tuus malus genius & tui mali humores non excipient ullam personam à tuis rigoribus, & tuo Capitulo regimine. Hoc esset declarare, quod velis ut tua umbra, id est omnes personæ subjectæ tuo Regimini, sint similiter stultæ sicut tu es, & ut turbulentæ agitationes tuæ mentis agitent totam tuam domum, eamque totaliter invertant. Si autem stultus regit, non potest apud se videre aliud quam stultitias.

Ingredieris in possessionem unius veræ autoritatis, dicit Sanctus Gregorius, si monstraveris per tua verba, & per motus tuæ animæ, qui apparebunt coram oculis tuorum domesticorum, quod ames tuam obligationem, & si non per clamo-

res

res & injurias, sed per actiones exemplares demonstraveris, quod desideras, ut hæc eadem obligatio placeat etiam illis, qui vivunt apud te, & sub tua potestate, ita ut unusquisque ei adhæreat tanquam suæ complacentiæ & felicitati.

Ut hoc obtineas, omnia consistunt secundum mentem hujus Sancti Doctoris, ut domui tuæ timeri & amari te facias. Fac te timeri, dicit ille, sine ullo verbo impatientiæ, aut aliqua inconsiderata promptitudine. Fac te amari sine adulationibus, & familiaritatibus indecentibus, adhuc minus per certas benignitates magis proprias ad tui respectum, quam ad ipsa corda lucranda. In præsentia famulorum & prolium pauca verba, & quasi nulla, sed multum suavitatis & humanitatis in facie, & multum de illis gratiæ, quæ inspirant animabus earum personarum quas regis, unam altam opinionem tuæ virtutis, & unam familiarem sed respectuosam affectionem cum magnis desideriiis tibi placendi.

Sequere in hoc Regulas sapientiæ, & attende

attende ne sequaris exempla aliquorum  
Magistrorum, qui nihil dicunt, sed per  
tuam taciturnam impatientiam, & per  
gestus sui melancholici & suspiciosi hu-  
moris accusant obvios, & offendunt om-  
nes quos aspiciunt, causantes per hoc  
plus strepitus & disordinis in suis domi-  
bus, quàm alii per suas minas, per sua  
juramenta, & fulgura suæ violentæ Cho-  
leræ.

Methodus maximè utilis, quam tibi in  
hoc proponere possim, est, ut sæpe ha-  
beas in tua mente imaginem ejus felicitis  
familix, quam Propheta David exaravit,  
dum eam tempore prandii contemplare-  
tur, quæ assidendo mensæ ita morigera  
appareat, ut Angeli se mutuò invitent ad  
illam aspiciendam & amandam. Hæc fa-  
milia est composita per Patrem, qui nul-  
lam aliam habet intentionem, quàm in  
suo Regimine placendi Deo; per Ma-  
trem, quæ in hoc inferiore orbe nullum  
aliud habeat gaudium, quàm placendi suo  
Marito, & videndi crescere suas proles in  
gratia, ingenio, & sapientia; per infantes &  
proles qui unum cor habent, uniti simul  
per

per conformitatem, quam natura & edu-  
 catio inter illos nasei fecerunt, & que  
 tam feliciter cum eorum ætate excrefcit.  
 Videtur in eadem dicta imagine pax, pie-  
 tas, prosperitas, & abundantia, que  
 coronant hanc familiam in hac vita:  
 Deus verò eam respicit, expectat, &  
 eidem præparat vitam infinitè feliciorẽ  
 & beatiorẽ, *Donum & pax est electis*  
*ejus. Ecce sic benedicetur homo,*  
*qui timet Dominum.*

F I N I S.




di-  
que  
icit.  
pic-  
quz  
ita:  
, &  
rem  
lectu






Confilia  
Sapient  
Om  
1348



Confilia  
Sapient  
Omn  
1314





1  
Conjilia  
Salomo-  
nis

Th  
2837